


M.S. pergamino, en 4.º, regular, con 563 f.

Commentarii ad cap. 12. 1.ª p.tis S. Thomæ de Visione Beatifi

ca. aut. Joan. Gonzalez.

Rotulata

Gonzalez. de Beatifica tudine.

Commentarii ad Q. 12. 1.ae p.tis S. Thomae, in qua de Visione Beatifica, disputavit Angelicus Mag.r et D.or

Authore
R. P. Ioanne Gonçalez Societatis Iesu, in Collegio Granat. Societ. Iesu Vesperario Theologiae professore.

Anno Dni 1644.



Proloquium.

De visione Beatifica, qua felices illi coelestis orbis incolae summam Divinitatis pulchritudinem obtutu firmo contemplantur, et fruitione servitant, elucubrationes istas apparamus; quae, quantum erit in nobis incumbent seduto ad rimandam veritatem ipsam pro exponenda natura huius visionis mirabilis, non solum ad ostendendam posse floridam novitatem, nec etiam ad devenustandam antiquitatem authoratam, quod plerique hac tempestate faciunt; nobis enim iampridem probatum est id quod pulchre dictum legitur apud Philonem in lib. de Abraham: ubi opinione antiquior, ubi existimatione potior est veritas. Selegi ex aliis sane materiam commentariis illustrandam, quoniam licet aspectu primo appareat facillima, ut potè quae non occupat investigandis abstrusioribus aliis, plausibilioribusque Theologiae Scholasticae difficultatibus, si tamen nucleum illius eximamus, et singula quae claudit Theologo viro cognoscenda, non oscitanter, aut supina negligentia disquiramus; comperiemus effectu, ex difficultatibus quas claudit rite et exacte expensis, non exiguum emolumentum posse redundare in auditores nostros. Et quidem solum vulgari sunt levia reputanda illa, quae totam commentatoris expostulant industriam, et in quorum enucleatione Theologorum primores

rei magnitud. stimulati operam impendere n. erubu-
ere. Dabimus q. hec oia recentr compta, innova-
ta, et aliqm. tots ~~aucta~~. (Absit sit a verbo fastus
ois et arrogantia) sed que adhuc possint fastigiari
in maiore splendoris maiestate, nam ut Belle seri-
psit Ausonius: Alius alio plura invenire pote, nemo
oia.

Compendium doctre Sti Thome in hac
Q. 12.

Totam questem 12 distribuit D. Thomas in
13 articulos, in qq. ponit qqd ad cognitm visionis
Beate ptinet. In art. 1o rogat, V. aliquis intus crea-
tus possit Deum videre p. essam, qd idem e ac si ro-
garet, an possit videri Deus ut e in se. Et ret,
simplr scedendum ee Beatos videre Dam essam. =
In 2o petit V. essa Dei ab intu creato p aligm
silitud. videat. Et duo statuit; 1um e ex pte virtu-
tis intive requiri aligm silitud. participatam Dei.
2um e, ex pte obi seu Dei visibilis p nullam
silitudinem creatam Deum posse videri. In 3 inqui-
rit, utrum essa Dei posset videri oculis corporalibus.
Et ret Deum n posse videri visu vel alia quavis pote-
ntia sensitiva. In 4 dubitat, V. aliquis intus p sua
nalia Dm essam videre possit. Resolutio e negati-
va, et ro desumit ex mo subsistendi Dei, et imperfect

nri intus.

Art.us 5.us insumit in examinando an intus creatus ad videndum Dei essam indigeat aliquo lum.e creato. Et ret affrative. Art.us 6.us expendit an videntium essam Dei unus alio pfectius videat. Et hoc dubius resolvit affrative à D. Thomâ asserente id pvenire ex rõe lum.is pfectioris. In art.o 7 expendit V. videntes Deum p essam ipsum comprehendant et p.tem negativam statuit, quoniam incomprehensibilitas à creâ e unum ex pcipuis attributis Divinis. In 8 disputat V videntes Deum p essam oia in ipso videant. Et resolutio e, Beatus n videre in Deo oia, quæ potè ipse facere, sed quædam, eosq plura, quo pfectius vident D.am essam. In 9.o negat V ea quæ vident in Deo, à videntibus D.am essam, videant p aliquas similitud.s creatas. Et p.tem negativam ponit. In 10 differit, V. videntes Deum p essam si videant oia, quæ in ipso vident, et ret affrative. In 11.o inquirit V aliquis in hac vita possit videre Deum p essam, et negat s.ctus D.or de hoie puro secundum legem ordinariam, affrat s.o sm̃ gram̃ abitam posse coicari visionem Dei in hac mortali vitâ. Duo posteriores articuli ordinavit ad exponendam cognit.em Dei p nam, et p gram. Asseritq s.ctus D.or p nam n posse nos cognoscere totam Dei virtutem et p gram s.o posse consequi sublimiorem cognit.em Dei. Hæc e doctrina q.m docet D. Thomas

in p̄dicta q. 12. et q̄m nos elucidandam in p̄senti suscipimus

Totius tractationis distributio dillucida.

Ne methodi inconcinnitas p̄sentem tractatum devenustet curavimus totam m̄am in sex controversias distribuere. 1a Contro.a sedulo declarabit essam et p̄cipuas p̄prietates ipsius visionis Beatificæ. 2a disputavit de obto, circa q̄d versatur ipsa Dei visio. In 3a disseremus de p̄riis effectivis et passivis, quæ se tenent ex p̄te pot. In 4a erit sermo de concursu, qui p̄stat ab obto Beatifico in ipsam visionem. In 5a definiemus, ex quo cap.e sumenda sit distinctio specifica et inequalitas visionis Beatæ. In 6a et ultima de ejus inp̄ͥpensibilitate tractabimus. Conabimur autem om̄a p̄ seç dignitate discutere, et intra suius anni metas carcerare.

Controversia. 1a

Vestigans essam et p̄prietates intricas visionis Beatificæ.

Disp. 1ª et quasi
pludialis quae breviter calamo exponit
quid noe visionis in psenti
signet.

Plura hic solent intrudere Magistri aliqui quae ppie ptinent ad sciam scolasticam, et quae facile transcribi possent ex dictis à nobis in nra phia. Sed qª eo ano solum hanc dispoem pmittimus, ne ignorato obto, ccª qᵒ futura e. ctrovª in incertum pcedamus, ea tm brevr indicanda sunt, quae psixo fini deserviant.

Igr si rigorose etymon huius vocis visio rimeris, invenies, pdictam vocem ducere originem à verbo video, et pprie signare actum pae visivae, p quae fralr pcipit id, quod e. ppositum ante oculos. Solet etm minus pprie sumi 1ᵒ p reipsa quae vidr, in quo sensu accipi debet, qdo dr de pphetis, quod aliqm visum viderint. 2ᵒ quando extendit ad actus aliorum sensuum; dicimus. n. ut bene notavit Augustinus tom. 1. epist. 112. cap. 2. vide qd oleat, quid sapiat id sonet etta, quae phrases pprie denotant, nos debere applicare eius ad obtã illa pcipienda.

Sed qª pōa visiva et intiva habent int se analogiam, factum e. ut noe visionis expri-

mant est proprie actus intus et cognitio intuativa proprie compellet visio. Quam signate firmanda sunt luculenta verba apud Augustinum in epistola iam citata cap. 21. et passim idem inculcat in sacro textu. Unde quod actus intus dicitur visio; sed adhuc inter illos reperit discrimen aliquod etiam in ratione visionis, nam actus obscurus et fidei appellat visio nimis late, nam non dicitur proprie quis videre id quod solum aut opinative assequitur. actus etiam qui clare, et evidenter cognoscit obiectum in alio, et per alienas species, non dicetur visio summa proprietate, Unde fit illam cognitionem, quae clare, distincte atque cognoscit obiectum immediate in seipso et per speciem propriam illius visionis proprissime nuncupari. In qua acceptione sumi debet visio in praesentiarum.

Illud autem est inter Theologos valde controversum, quid constituant cognitionem intuitiva et quidditativa formaliter in ratione talis. Aliqui docent illam esse cognitionem intuitivam, quae cognoscit omnes formalitates obiecti nulla facta praecisione inter illas perfectas, quae sunt realiter idem. Dicunt alii, visionem intuitivam esse, quae attingit obiectum per species proprias illius. Arbitrantur alii dicendum esse cognitionem quae versatur immediate circa obiectum ut existens, per propriam illius speciem, et ad illam exigunt tres conditiones; prima ut feratur ad obiectum attingendo illud immediate in seipso et non in alio. 2a, quod obiectum cognoscat ut existens in ratione temporis propria. 3a quod fiat per speciem

proprium obiectum, hoc est, quod si requirat speciem ad efficiendam cognitionem, ut illa sit intuitiva non potest esse species aliena, et aliis obiectis comparata. De praedictis opinionibus nullus fermè est ex scriptoribus, qui ad lib. de anima non tractat. Legantur inter alios duo novissimi P. Arriaga et P. Oviedo.

Quod attinet ad nostrum institutum satis est in praesenti notare, nomen visionis deinceps usurpandum esse à nobis illam scilicet cognitionem, quae propriam speciem comparet et qua Deus ipse intuitivè et clarè percipiat à Beatis in seipso, non autem in alio medio. Quando vero in decursu huius materiae spatium discutiamus singulas difficultates erit facile colligere quae nam proprietates debeant probari vel improbari ex illis, quae solent attribui cognitioni proprissimè intuitivae, unde facile etiam erit deducere quam nomen recte definiatur intuitiva cognitio, et in suas species proprie distribuatur. Appellatur visio, de qua procedit noster sermo Beata seu Beatifica, aut quia est propria Beatorum, aut quia reddit felices et Beatos ipsos videntes cum in illa consistat essentialis Beatitudo iuxta graviorum Theologorum opinionem.

Dispᵒ 2ᵃ An sit possibile

quod creatura intellectualis videat Deum intuitivè et ut est in se.

Caput 1um

Cuiusnam visionis possibilitas ex fide constat?

Dolendum sane est quod in ipso Beatificae visionis meridie ([illegible]) tam foede nonnulli caecutierint ([illegible]) ut asseruerint non posse Deum videri clare et in sua essentia ab aliqua creatura intellectuali per cognitionem intuitivam, Beatosque tamen videre splendorem et claritatem quandam a Deo procedentem, et in eiusmodi claritate videre Deum ipsum. In hunc errorem prolapsi sunt Armeni, aliique Graeci ut refert Armacanus Lib. 14. q. contra illos cap. 22. Tribuitur etiam aliis ut Petro abailardo, et Arnaldo eius discipulo. Dissident tamen acriter expositores in declarando an vere Abailardus praedicto errori adhaeserit, quod quidem nostra parum interest; illud tamen obiter pronuncio fundamentum partis negativae quod sumitur ex silentio D. Bernardi infirmum prorsus esse. Nam ipse Sanctus Pater in Epistola 190 testatur se non referre errores cunctos in quos Abailardus prolapsus est. Eidem etiam errori videtur consentire Conradus Vorstius Calvinista in tractatu de Divinis attributis, qui ut refert Pater Becanus in manuali controversiarum Lib. 3o cap. 1o. q. 1a. no. 3o ex eo probabat Deum non esse in essentia infinitum, quod ab Angelis videretur, quasi non recte consentirent cohaerere haec duo videlicet quod substantia Dei esset infinita

et quod ab intu finite videret ò quid[?] pr solas
ne vires, sed accedente Dei supernali auxilio; sed hoc
errore reiecto doctrina catholica docet, possibile esse vi-
sione creata, per quam Deus possit videri clare et intuiti-
ve ut est in se [illegible] quae veritas ex sacra pagina,
cuius testimoniis aptis abundant noviorum Commentarii,
illustriora sunt ista quae subiiciemus. Math. 5 dicitur
Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.
Et cap. 18. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei,
qui in coelis est. Angeli quoque Beati faciem Dei, id est
illius naturam infinitam intuent in coelis. Ioannis epist.
1. cap. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, quoniam vi-
debimus eum sicuti est. Non ignoro praedicta verba
exponi à Patre Lorino et ab aliis de visione humanitatis
Christi Domini; sed illa intelligenda esse de visione Dei ut est in
se; quando Deus in altera vita manifestetur Beatis,
docerit expositores communiter innixi Patrum authoritati, quas
refert Egidius Lusitanus tom. 2. de Beatitudine Lib.
2o q. 1. Et quod magni ponderis est ad praedictam ex-
positionem stabiliendam Evaristus Papa in Epistola 1a
decretali, ad Episcopos Africanos, quae habetur tom. 1o
Concil. praefato testim. probat Deum ut est in se videri
à Beatis. Legatur etiam circa hunc locum noster Cardina-
lis Toletus in adnotatione 53.

Insuper Divus Paulus in 1a ad Corinth.
cap. 13. eandem veritatem decernit, dum sic loquitur

videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem; nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Hunc locum plerique ex PPibus explicant de visione intuitiva Dei. Illius legitima declaratio, ut recte Pr Cornelius observat eiusmodi est: Dum sumus, inquit Paulus, in hac mortali vita, cognoscimus Deum per enigmata hoc est obscure quidem et reflexe ex cognitione entium creatorum, quando vero coelestis patriae cives efficiamur intuebimur illum facie ad faciem, et intuitive cognoscemus Deum, sicut ab eodem Deo cogniti sumus, non per quandam equalitatem in ipso modo cognoscendi, quod hoc impossibile est, cum Deus comprehendat nos sua cognitione infinita, nos autem illum nequeamus comprehendere, sed particula sicut sumi debet ex parte obiecti cogniti, ita ut reddat hunc sensum, quod sicut nihil est in nobis quod fugiat Dei cognitionem, ita nihil ex illis, quae formaliter dantur in Deo latebit cognitionem intuitivam Beatorum. Quando autem in Scriptura phrasis eius videndi Deum facie ad faciem, signet visionem intuitivam Dei, de qua modo loquimur, egregie declarat a PPibus Cornelio et Delrio in cap. 32 Genesis nº 30. et a Pe Herize disp. 36. cap. 2. nº 4.

Probatur 2º ex Concilio Florentino quod, quod legitur in tom. 4. Conciliorum sess. ultima in litteris unionis ita decernit: Definimus etiam illas etiam quae

post contractam maculam jam purgatam, in coelum mox recipi et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est. Francofordiense quod legitur in tom. 3. Conciliorum in Epist. ad Episcopos Hispaniae sic ait: Praedicemus Deum verum et vivum et verum filium Dei ut ad ejus Beatissimam visionem pervenire mereamur. In Extravaganti Benedicti 12. quae incipit. Benedictus Deus in sanctis suis, et habetur in summa constitutionum ejusdem Pontificis constitutione 1a, refert quoque a P. Molina q. 12. idem omnino definitum est, accedit etiam Tridentinum sess. 25. in decreto de invocatione Sanctorum, ubi innuit eadem veritas.

Probatur 3o ex sanctis

Patribus quorum verba fide relata legi possunt in P. Vazquez disp. 31. cap. 5o et in aliis auctoribus. Mihi sufficiet producere prae omnibus egregium testimonium Divi Chrysostomi super verba Pauli supra relata. Sic igitur eleganter scribit: Tunc ad purum intuebimur eum, a quo nunc subtiliter intuemur: tunc cognoscam eum, sicut ab eo sum ego cognitus: id est puro cognoscam eum, sicut et ipse me novit, quia tunc non per aliud videbimus eum, sed manifeste contemplabimur in illo ipso hoc quod ipse est, sicut ipse hoc quod nos sumus, perfecte cognoscit. Vel tunc cognoscam eum ita sine ambiguitate in manifesta visione, sicut olim, ante quam eum cognitus sum a Deo in praedestinatione.

Nil potuit aptius excogitari pro re presenti.

Pro 4.° rationibus duas proponit Sanctus Thomas pro confirmanda veritate predicta. 1.a est quia creatura alterius habet appetitum in Beatitudinem quae consistit in visione clara Dei aut illam supponit, ac proinde ipsa visio, quae est terminus illius appetitus non potest non esse possibilis. 2.a est quia datur in nobis desiderium naturale videndi causam visis effectibus, ac proinde videndi Deum visis creaturis, et cum aliunde non possit istud desiderium versari circa rem impossibilem, sequitur possibilem esse visionem intuitivam Dei ut est in se. Praefata duplici ratione nos in presenti non utimur, tum quia prima, in qua nititur structura predictarum rerum, longum postulant examen, et a nobis inferius expendenda sunt in disp. 4.a et 5.a: tum etiam et potissimum, quia ut bene observarunt Patres Meratius tom. 1.° disp. 5. sect. 1. et alii utraque ratio Sancti Thomae non probat efficaciter rem ipsam de qua ciruus sermonem, nec inde colligit possibilis intuitio Dei in se.

Cum non appetitus elicitus ferri possit in obiectum, quod sit repugnans etiam ex parte ablata ab hoc peristae quod illud proponat ab intellectu ut possibile, ex eo quod detur appetitus aliciuus obiecti, non recte licet inferre obiectum illud esse possibile, sed tantum colligit illud ut possibile propositum esse ab intellectu. Remanet vero locus ulteriori inquisitioni faciendae, an vere intellectus erraverit in propositione illius obiecti ut possibilis. Tota haec doctrina fundatur in illo vulgari principio ab omnibus probando, videlicet Appetitum non ferri ad rem ipsam

sm̄ se attentam, sed ad illam sm̄ ꝓpon̄, q̄ parti-
cipat ab intu; et cum res in se absolute repugnaret,
ꝓponi possit tanq̄m possibilis, inde fit, appetitum versari pos-
se circa illam hac rõne ꝓpositam. Idem etiam dicendum est de
appetitu naturali quoad spem, ex quo docuit P. Vaz-
quez deduci possibilitatem visionis, nam iste potest ex se
etiam tendere circa rem impossibilem, si nimirum ꝓponat feli-
citas summa in obiecto sm̄ se impossibili, et quod possibile
iudicet ab eodem intu; tunc actus voluntas non poterit
odio habere obiectum illud.

Melius ergo probatur 1º prædicta veritas
ex eo quod nulla reluceat implicatio in hoc quod per donum
elevatum producat intus creatus eiusmodi cognitionem intuitivam;
quod abunde confirmabitur ex solutione argumentorum quæ possunt
in oppositum efformari. Probatur 2º contra Armenos.
Etenim ille fulgor dimentitius, qui sm̄ ipsos est, qui videtur
a Beatis, vel esset substantia vel accidens; accidens non po-
test esse; tum quia non potest non esse absurdissimum affirmare
naturam essentialem Beatitudinem constitui in intuitione accidentis;
tum etiam, quia vel illud accidens esset in aliqua substantia, aut
in nulla; utrumque oppositum est aptis impugnationibus,
quas omitto, quia facile possunt occurrere cuivis, quia.
Insuper non potest esse substantia, quia si dicatur esse finitæ perfec-
tionis, consisteret felicitas creaturæ rationalis in visione clara
rei finitæ, quæ quidem nullo modo posset infinita bea-
titudine creaturam decorare: si dicatur perfectionis infinitæ

n possit etiam videri ab intellectu creato finito, quia propter eandem rationem infinitudinis, quae datur ex parte Dei, et propter finitudinem, quae datur ex parte intellectus nostri, inficiantur Armeni Deum ut est in se posse videri clare à Beatis.

Caput 2um

Diluuntur fundamenta absurditatis quae possent Armenis 1a fronte favere.

Obiicit 1o multiplex testimonium depromptum ex Sacra pagina. 1um sumitur ex Joannis 1o. Deum nemo vidit unquam, Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrabit. Vel ut legit Athanasius, Deum nemo vidit unquam nisi Unigenitus etc. cui lectioni favere videtur id quod habetur in cap.e 6.o Non quia Patrem vidit quisquam nisi is, qui est à Deo. 2um ex Pauli ad Thimotheum 1o. Regi seculorum immortali et invisibili, et clarius cap.e 6.o quem nullus hominum vidit sed nec videre potest. 3um ex Exodo 33. non videbit me homo et vivet. Et faciem meam videre non poteris. Petierat enim Moyses à Deo ut illi ostenderet faciem suam, velut scribunt 70. Ostende mihi temetipsum. 4um ex 1a Petri 1o: spiritu sancto misso de coelo in quem desiderant Angeli prospicere. Ergo non intuentur Angeli id quod intueri desiderant. 5um ex Mathaei 11o. Nemo novit filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi filius, et cui voluerit filius revelare

Alia plura testimonia praetereo videnda apud interpretes Divi Thomae.

Verum praedictis testimoniis nihil obludit Armenorum errore sed potius illorum legitima declaratio catholicae doctrinae patrocinatur. Ad 1um dicendum est cum Patre Maldonato, in illis verbis tantum denotari nullum ex illis omnibus qui extitere ante mortem Christi Domini vidisse clare Deum ante tempus illud, in quo Christus Dominus protulit illa verba. Ad 2um dicitur, Deum appellari invisibilem quia solis nec vires. Ad 3um duo nobis occurrunt quae precamur. 1um est Moysem non postulasse visionem immateriatam ipsius Dei, sed visionem in aliqua specie, per quam Deus ipse clarius exprimeretur quam exprimebatur per alias figuras, in quibus non raro Deus solebat apparere. Nec obdicit huic sui id quod a Deo responsum est, nam illud verissimum est propterea quod oculi mortales non possent tolerare speciem illam quam Moises ardenter expetebat. 2um est dato etiam quod Moises poposcerit visionem claram ipsius Dei, recte quidem et verissime ad postulata Deus respondit id fieri non posse, quia iuxta leges ordinariae providentiae visio Dei ut est in se nequit viatori communicari.

Ex 4o testimonio non colligitur quod Angeli Deum non intueantur, sed eiusmodi phrasi tantum denotatur immensa voluptas qua perfunduntur ex divina contemplatione, et innuit quod in procul sint ab omni re fastidii in possessione illius summi boni, cum inducantur quasi conantes semper tenere id ipsum quod per

visio Beatam tenent quae procul est ut quis fastidiat id ipsum, quod in cuius assequutionem anhelat. In alio testimonio sermo est de mysterio Trinitatis, asseritque, eiusmodi mysterium solum esse notum Trinitati ipsi, posseque hominibus notificari si velit Trinitas ipsa illis revelare, haud obscure ~~per~~ per fidem Divinam, aut claro per visionem Beatam. Quod quidem pro nobis est, et pro catholica veritate.

Obiicit 2.° Nobile agmen clarissimorum Ecclesiae Patrum, qui favere videntur errori relato. Non referam illorum expressa verba, quoniam illa sunt obvia in commentatoribus. Et exacte discussa sunt a Patribus [illegible] Herize, Mervatio, et aliis; solum Patres ipsos citabo et dicabo loca, in quibus denotare videntur Beatos non posse videre Divinam essentiam. Patres sunt Chrisostomus homil. 14. in 1. Joannis. et tom. 5. homil. 4.a et homil. 3. de incomprehensibili Deinatura. Nisenus, variis in locis apud Patrem Herize disp. 36. cap. 3.° Theodoretus in epistolam ad Chorinth. cap. 13. et in dialogo immutabilis. Hieronimus Lib. 1.° Isai. ad illa verba vidi Dominum. Ambrosius lib. 1.° in cap. 1um Lucae de Angeli apparitione. Isidorus in Exodum cap. 41. Basilius lib. 1.° in Eunomium. Cyrillus Hierosolimitanus et alter Alexandrinus. Epiphanius Heresi 70. Theophilactus et Euthimius ad id Joannis 1.° Deum nemo etc. Primasius in 1am ad Chorinth. cap. 13. Et Ecumenius

in Iam Ioannis 3°.

Exarsit inter nri temporis Theologos concertatio n facile dirimenda an ij memorati PP. vere cum Armenis hac in pte dissenserint, et negaverint possibilitatem visionis Dei ut e in se. Pr Vazquez disp. 37. cap. 2 et 3. ut erat vir acri ingenio pstans postqm pdictorum testimonia semel et iterum evolvisset, tandem scripsit PP. pcipuos ex memoratis tunc temporis denegasse visionem claram Dei in se, qa nondum veritas hec erat explorata. In hanc mentem Pis Vazquez surrexere Lorca complutensis, et Egidius Lusitanus, qui tetra conviciorum fuligine conati ss obnubilare fulgentissimum scholarum solem identidem pclamantes impiissimum ee Vazquez impudentem et temerarium, pterea quod appinxerit pdictum errorem Armenorum pceribus Ecclesie. Sed nos ad hec convitia Egidiana, et Lorcitana conticebimus oio, ne par pari referre videamur; illa n. satis indicant pfsseisei ad aio n pio erga PP. sed impio in Vazquez que sic dicteriis urunt, qa rationibus frangere n possunt. Imo ut bene notavit Pr Herize, dum pfati duo iurati calumniatores Vazquez conant PP. allegatos ab Armenis liberare, attribuunt illis in mo exponendi ipsorum testimonia alios n minus graves errores. Plures ex PP. supra relatis cum Armenis sensisse

docuerunt etiam P. Molina disp. 1. P. Salas 1a 2ae q. 3 art. 2. disp. 4 sectio 1a. P. Fernandez de visionibus veteris testamenti et P. Herize disp. 36.

Caeterum communis et benigna reliquorum scholasticorum interpretatio eo tendit praecipue, ut praedictos Patres eximat ab errore Armenorum. Asseritque nullum proferri posse testimonium adeo urgens quod altero ex 4 modis subiiciendis congrue nequeat explicari. Nam 1 dici potest illos tantum esse loquutos de visione clara Dei in hac vita mortali et secundum leges communis providentiae.

2o potest exponi de visione corporea. 3o de visione clara Dei comparata cum solis nostris viribus. 4o de visione summe perfecta qualis est comprehensiva, et ut bene notavit P. Fasolus cum aliis haec ultima interpretatio de visione comprehensiva germane potest aptari cuicumque testimonio: et propterea frequentius tradi solet a Scholasticis.

Caput 3um

Evertuntur fundamenta ex rationibus.

Obiicit 1o. Non potest potentia attingere obiectum illud quod non sit illi proportionatum; sed Deus ut est in se non est obiectum proportionatum rationi intellectus creati in ordine ad cognitionem intuitivam; ergo. Minor probatur quia Deus ut est in se est infinitum, intellectus creatus est quid finitum; infinitum vero non dicit proportionem ad finitum, ergo Deus ut visibilis intuitive

n

n̄ h̄et pportẽ cum intu creato cognoscente. Pꝛ 1º. Magis distat Deus ab intu creato, q̄m distant Angelus et Sonus ā poā visiva, qa Deus distat ab intu infinitè, Angelus vo. finitè ā poā visivā. Sed Angelus nullomō potē attingi ā poā visivā, g Deus ut ē in se n̄ potē attingi ab intu. Pꝛ 2º. Catamus Deus dr̄ invisibilis, quatꝰ nullꝰ h̄et pportẽ cum intu creato, nā si præcisè diceret invisibilis p solas vires nꝛ̄ creatꝰ de facto n̄ distingueret ab unē hypostaticā, que etꝫ attingi n̄ potē intuitivè p solas nꝛ̄ vires. Insup Angelus diceret invisibilis ā poā corporeā p vires illius nalēs, non tn̄ in gtum; illa elevabilis eēt p alliquod donū supnalle.

Omitto hic solutꝫ P. Vitrubal et aliorum Magistrorꝫ qa nullis instantiis &t anteq̄m ppong illam gtē mihi pbat dua prinittam notabilia. 1um notabile ē duplici roē posse aliqd obtum dici imppertionatum nu poē: 1º, qa illud ē oīo extra sphaeram talis poē que p nullꝫ ipsius actum potē tendere ecā illud. 2º, qa qm vis obtum n̄ sit oīo extra sphaeram poē, qa scilt illa potē elicere aliquē actum ecā obtum, n̄ tn̄ potē versari ecā illud p solas suas vires mō alio pfectissimo. Ex 1a imppertē pvenit q nullomō possit poā versari ecā obtum, quod ē oīo extraneum illi. Ex 2a orit, q si poā supnè corroboret possit elicere illum actum pfectum, quē p suas præcisè vires elicere

n poterat. Declaro remttotam p exempla.

Poa visiva nullo mo pote pcipere [illegible] g dum vel sonum, q a improportio se tenet ex p te obti qd e alienum oio a poa, et hoc nullum actum q m vis imperfectum elicit cca eiusmi obta. Si Deus con roboraret poam visivam Vespertilionis posset attinge re lucē meridianā, q a illa improportio n pvenit ex p obti, nam Vespertilio lucem languidam et malig nam pcipit, sed pvenit ex defectu virium in ipsa poa qui defectus pote bene suppleri Divinitus. Differunt aute istę duę improportiones, q a quando obtum e alienum, orit ipsa repugna ex intrinsecis pratis poę; quando v° n e alienum sed deficiunt vires in poa, dr in poa nalis, quę recte dicit ni pote cum corroborate, ut pducat actus pfectior.

2 um notabile e. Deum ut e in se pcisse consideratum ex p te obti cadere posse sub cognitione nali abstractivam et confusam elicitam ab intellectu creato. Demus D um Petrum mihi hodie in spe visibili apparere; et int alia mihi referre Deum ee Trinum et unum; possem ego elicere cognitione abstractivam cca obtum illud, unde etiam fit Deum n ee obtum oio alienum ab intellectu. Praeterea nemo pote dubitare quod intellectus nalr possit intui tive cognoscere plura obta. Cum g ex una p te Deus sit obtum pportionatum intui in orde ad aliqm cognitionem abstr activam; ex alia etiam p te possit intus cognoscere intuitive plu ra obta: recte ex his colligimus ad pducendam intui tionem Dei tm opus ee conferre intui robustiores vires, quę [illegible]

-lant importz seteneniz ex p.te poe. Sq viribus collatis sine ulla earum implicatione producet intus perfectissimam intuitz, quam exercet circa plura obiecta realia, et propter defectum virium sufficientium non exercebat circa eadem essam.
His positis Dubb

Resp. ad argumentum disting. maiorem, non potest potentia attingere obiectum, quod non sit illi proportionatum proportione se tenenti ex parte obiecti, quae consistit in eo quod obiectum non sit altius a tali potentia, concedo maiorem; proportione se tenenti ex parte potentiae, quae consistit in eo quod habeat vires, ut possit naturaliter elicere actum illum circa praefatum obiectum, nego maiorem. Praedicta distinctio constat, si recolatur doctrina duplicis notabilis praemissi. Ad Lam probationem distinguit eius maiorem; magis distat Deus in ratione perfectionis à quovis intellectu creato, quam distat color visibilis à potentia visiva, concedo maiorem; in ratione altitudinis ut possint attingi per actus illarum potentiarum, nego maiorem. Nam praedicta altitudo datur inter Deum et intellectum creatum, non vero datur inter Angelum, sidem prius proportione debe sono et potentiam visivam; et hoc oritur ex natura diversa earum potentiarum. Et ideo Deus sub intricam perfectionis distet infinite ab intellectu creato, et Angelus tantum finite distet à potentia visiva corporea; in ratione vero obiecti attingibilis, et potentiae potentis attingere minus distat ipse Deus ab intellectu, quam Angelus à potentia visiva; ideo Deus habet rationem entis veri, quae est ratio proportionata, ut in illum tendere possit intellectus; Angelus vero non habet rationem obiecti materialis. Et

sensibilis, quae est non proportionata malis pot. Sic etiam oculi substantia minus distat a se quam a luce, et tamen potest videre lucem, non vero substantiam oculi.

Nec credo futurum esse aliquem ita novitium in philosophia et theologia, qui de doctrina tradita dubitare possit; nemo enim est, qui nesciat posse reperiri maximam proportionem in ordine ad aliquem effectum inter aliquas res, quae magis distant inter se in esse rei quam aliae diversae. Sic enim materia et forma ignis habent proportionem requisitam in ordine ad unionem substantialem, licet inter se magis distent secundum perfectionem entitativam quam aliae duae formae ignis, quae sunt omnino incapaces eiusmodi unionis. Pari etiam modo quamvis Deus in esse rei distet infinite a creatura, potest habere proportionem requisitam in ratione obiecti attingibilis intuitive ab eadem creatura, et quasi unibilis intentionaliter; sicut non obstante praedicta distantia infinita in ratione perfectionis, habet Deus proportionem, ut possit uniri physice cum aliquo creato. Si quo repugnaret intuitiva cognitio Dei, impossibilis censeretur etiam ex eodem titulo, unio hypostatica. Ad rationem contrariam de invisibilitate, quae dicitur proprium Dei attributum, idem esse ac incomprehensibilitatem, et in hoc sensu, ita dicitur Deus invisibilis, ut repugnet illum ab aliqua creatura videri, idest comprehendi, de quo plura dicemus in controversia 6a tanquam in propria sede.

Sed ~~adhuc~~ contra solutum argumentum traditum urgebit aliquis 1o. Non videtur satis firma tradita

responsio fundata in eo qd possit pwa cognoscitiva elevari ad videndum obium, quod pote per suas nales vires abstractivè saltem cognoscere, n' inqm hoc firmum videt, quoniam de pwa Dei abra n' videt implicans intus qui possit Deum cognoscere nalr, et adhuc incapax oio sit ut elevet ad videndum intuitivè Deum ipsum. At omittendo in psenti pdictum intum n' repugnare eo pacto quo ppponit eé debere, fateor n' ingenuè difficile quidem demonstrari posse, cognitm abstractivam obi ex sua rõe frali dicere inexm essalem cum cognite intuitivâ eiusdem obi sitâ saltem ex elevate. Omissi pblitatem eiusmi intus, quem politas qris abrè defendat, nihil infert ò nram doctrinam, nam qd asserimus intum posse elevari ad intuitm Dei ppterea qd nalr possit cognoscere Deum abstractivè, nullo pacto id pbalimus quasi arbitraremur ex eo prio pbari detratè politatem ipsius visionis; sed solum conati sumus ea rõe ostendere, nihil dici ò rõem nalem ex coq illa elevatio fiat, et intum n' eé vel laturum extra pprium obum, ut ostendebat 3um argmtum, qa verè efficit aliqm cognitm nalem eé Dam substam.

Vrgebit alius 2o. Da substa é obum volumtatis; et adhuc hec n' pote elevari ad cognoscendum substam Dei; g° lt substa Dei sit obium intus creati, n' poterit etm elevari ad videndum Dei substa. Pr coñ, qa sicut cognoscere fralr involvit mum



tendendi diversum ab illo qui nalis e voluntati; ita videre grati dicit modum tendendi diversum à mo cog noscendi nalr abstractive. Verum reddum e facile pos signari discrimen int utrumque. Vol. cc nulla obta pote elicere nalr cognit, quare mirum n e, quod oi incapax sit ut elevet. ad cognit Dei substantie. At intus elicit reipsa plures cognitiones cc obta qua sice mus dnalis intui versandi cc obum, et aliquas etiam cog nitis elicit cc Deum, atque adeò poste elevari ad eli ciendam vis em Dei, quin illius ne inferat aliqua violen tia.

Obiicit 4o. Deus n e intra obum intus creati ordi ad visum intuitivam, ergo n e pobis eiusmi visio. ans. Implicat q intus specificet ordi ad hanc vis sed specificaret, si posset Divinitus illam pducere; ergo maior si specificaret intus ab illa vis, diceret ad illam rum nalem q cum intus sit entitas quedam nalis, oia illius dstitutiva debent ee ordinis etiam nalis, sed eiusmi rus esset supnalis, q respiceret brum sup nale. Minor etiam pr nam intus sicut quelibet alia poa debet specificari ab oibus suis actioibus, quos elicere potest, unde segr intum futurum partim nale, ex ord ad actus nales, et ptim supnalem ex ord ad actus supnales.

Hoc argumentum latè urget à Ps. Arrubal, Herize et Alarcon, et ad illius solut plura solent trati, que n vacat in psenti examina

sicut nec expendere pro dignitate an pôa speciali
immatè activa directiv a priori cum actibus supernal.-
bus de qua dignitate disserit lib. 2. disp. 32. et nos
in alio loco nulla trademus. Resp. ad argumtu
neg. ans. Ad probatum concessa maiori, negat minor,
cuius probatio non urget, quoniam intus tm dcr pro suo
specificativo actus illos quos producere potest per suam
potm natlem cum solo decursu ex illis, nam dicitur principium
principiis conceptus, qui constituit potm intuitivam in
ne talis.

Instabis cum Do Herize, ostendens, intum
debere specificari per ordinem ad visionem claram Dei. Defacto
intus creatus realis dcr capacitatis, ut accedente Da
elevat. producat immatè visionem intuitivam Dei; sed
posita fictione, quod intus non dicerit prefatam capacitatem,
sequitur quod non perseveret idem intus, qui defacto dat, ergo
sequitur etiam, quod intus qui defacto dat, specificetur a
visione clarâ Dei. Cõa patet, nam hoc est infallibile
signum apud met[aphys]icos ad indagandam pria extrinseca
specificativa rerum. Occurrendum est instantiae concessa
maiori et minori, neg. do cõam, quae nullo pacto infertur ex
illa forma arguendi. Et n. verissimum sit, quod insistit,
quam supponat intum creatum non posse efficere visionem Dei,
persistente essentia ipsius visionis non repugnat ut producat,
recte deducat, intum creatum non esse idem, quod esse
[illegible], sed aliud esse diversum dicere; hoc tn non arguit,
intum ipsum desumere suam spem et essam, a visione

supernalis; et illa mutatio, quae deducit in tanta absurda, provenit ex ipsa fictione, nam supponit potentiam imparem, in qua quis defacto producere potest visionem illam supernaturalem, non posse producere illam ex quacumque elevatione. Unde mirum non est quod independenter a quavis contrita specificatione suppositio proposita inferat diversam essentiam potentiis, qui defacto datur.

Obiicit 5°. Si possibilis esset creaturae visio intuitiva Dei, illa foret simpliciter infinita, quia cum comprehensive quidditative et clare repraesentet essentiam Dei infinitam, ab illa deberet visio desumere perfectionem simpliciter infinitam, quod omnino repugnat enti limitato et finito, quale deberet esse visio Dei intuitiva. Difficile quidem est argumentum hoc, et quod in variis theologiae partibus a theologis inculcatur, ut possit colligi ex aliqua regula certa, quando ex objecto vel obiecto desumi debeat infinitudo simpliciter. Propter haec nobis visum est specialem disputationem de praefata difficultate instituere quam in hac controversia 1a proponemus, et exacte statuemus et roboravimus principia solidiora ad expeditissimam solutionem difficultatum...

Dispo 3a

Utrum ratio naturalis possit evidenter demonstrare possibilitatem visionis intuitivae Dei?

Caput 1um

Punctum controversiae declarat, et Theologorum placita refert.

Ad maiorem explicationem propositae difficultatis supponi debet 1°, ut aliquis dicatur habere notitiam demonstrativam circa obiectum aliquod, non satis esse, quod cognoscat praemissas ex quibus infertur conclusio, recte dispositas esse, nam licet in eiusmodi praemissis contineatur id quod est medium aptum et proportionatum ad inferendam conclusionem, requiritur ulterius, quod intellectus etiam cognoscat evidenter illas praemissas, quia si tantum cognosceret illas probabiliter et opinative, non eliceret assensum evidentem, et demonstrativum, sed probabilem tantum et opinativam.

Supponi debet 2° id ipsum quod notabamus in prima de Deo opposita, duplicem esse demonstrationem de qua potest procedere controversia in praesenti, alia est demonstratio physica, et talis dicitur, quia non potest intellectus veritati propositae dissentiri, nisi ducatur magno voluntatis impulsu; et haec non potest impellere intellectum ad negandam praedictam veritatem, nisi praevium aliquod admixtum ipsi voluntati. Alia est demonstratio metaphysica, qua nullo ex capite potest intellectus non assentiri non assentiri veritati. Supponi debet 3° quod in oppositum opinetur Pater Suarez probabiliter posse suaderi possibilitatem visionis Beatae; neque revera omnes illae quae censentur a pluribus, et gravibus Theologis demonstrativae ad ostendendum non repugnare praedictam visionem, non debent ita enervari existimari, ut nec probabiliter ex illis suadeatur possibilitas visionis, et id, quod

ex Pe Suarez retulimus destituit, ac vero et solido fundamento, quod egregie cum aliis notavit Pr Heriz disp. 39. cap. 2. nº 11.

Supponi debet 4º non vocari in praesentem controversiam existentiam visionis Beatae, an possit solo naturae lumine evidenter cognosci, quod illa conferatur à Deo. C... non possit existentia hac demonstrari nisi demonstret, Deum ab aeterno habuisse decretum liberum ... libere decreverit conferre in tempore eiusmodi visionem creaturae, et aliunde nullum det principium in ipsa natura quod possit ducere intellectum, ut firmiter asserat, seclusa quavis ... revelatione, Deum habuisse hoc, vel illa potius decreta libera; colligitur apte, existentiam visionis Beatae, quae ... naria pendet à decreto libero Dei, non posse demonstrari ab intellectu creato instructo solis naturalibus viribus. (V. ali... veritas praefatae suppositionis colligatur ex ex Sacrae ... testimoniis discutiuntur apud modernos interpretes. videat Pat... Strubal sic. Ad nostrum propositum sufficit, quod apud omnes Theologos supponatur sic ut indubium, quod pertinet ad existentiam, et futuritionem visionis Beatae.

Supponi debet 5º possibilitatem visionis Dei ut Trini non posse solo naturae lumine demonstrari, quia cum mysterium Trinitatis non sit evidenter demonstrabile, consequens est, ut extra omnem evidentem demonstrationem sit visio intuitiva Dei in quantum Trinus i... in personis; quapropter tantum inquiri potest, an ratione naturali de...

monstret possibilitas visionis Dei ut ē in se, præscindendo ab eo quod ipse Deus sit Trinus vel unus tm̄, ut apprehendebat ab ethnicis. His positis,

Tota diff.as præsentis disput.is in eo consistit ut examinemus an ex principiis nāe, cognosci possit demonstrative physice per cognit.em abstractivam et quoad an est possibilitas visionis intuitivæ Dei in se. De quâ diff.âte DD. scholastici plura tradiderunt, et illos in 3 (?) abi- ... reperio; 1.a docet absq. lumine nāe demonstrari posse n. repugnam visionis intuitivæ Dei. Ita Scotus in 4um distinct.e 49. q. 8. P.r Arrubal. disp. 15. cap. 1.o Antonius Perez in Laureâ salmanticâ certam.e 5.o scholastico dub. 3.o n.o 32. Ripalda 2.o metaph. disp. 3.a cap. 4.o Refert s.us Thomas, sed rev.a D.r Angelicus de opposita diff.te esse n. disseruit.

Adducit etiā P.r Vazquez 1.a 2æ disp. 21. cap. 2. sed vere duo sunt quæ persuadent per prædicta sa n. stare P.em Vazquez: 1um ē q. eo loci doctissimus P.r tm̄ disputabat, an sit demonstrabile, quod creā ralis beari possit per vis.em claram Dei. Hæc autem diff.as nulla rē pendet ab illa, quam in præsenti nos discutimus, an possit demonstrari possibilitas visionis intuitivæ; quoniam licet asseramus, rōe nāli n. posse evidenti cognosci possibilitatem visionis beatæ, dat locus dubitationi, quam excitat P.r Vazquez, an scibili cognita per fidem Daon

politatē visionis Beatæ, possit ulterius ro nalis eo de-
venire discurrendo, ut eliciat demonstrat. quâ p hoc
visionem quam fides docet eē pōlem, beré tanquam effectum
proprium constituere hoiem felicem ac Beatum, fatetur P.
Vazquez adducere pro sua sa plures roes pro illis quas
proponunt Authores qui tradunt 1am hanc opinionem et inde
factum ē, ut ab illis referatur pro hac sa. 2um ē quia in
dispe 214. cap. 3. de Angelis asserit, illos n posse cog-
noscere nalr per cognit. evidentem abstractivam mysteria
entitative supnalia; et cum visio Beata sit intrinsece
supnalis ut omnium sa fert, colligi P. em Vazquez opinari
visionis politatem n posse demonstrari, alr n. incoenter opinatus
eēt, quod de tanto theologo vel suspicari nefas eēt.
Hoc idem circa doctrinam Pis Vazquez notatum ē ante
me à PPbus Suarez et tannero.

2a sa negat oem demons-
trat. circa politatem visionis Beatæ quæ compararet per solam
næ facultatem. Ita P. Herize disp. 39. cap. 2o. no 8.
P. Alarcon ttu 1o disp. 1. cap. 1o. no 5. P. Mgratius
tom. 1o disputat. 5a sect. 1a. no 7. P. Arriaga tom. 1
in 1am pte ttu de visione disp. 4. sect. 1. no 9. Ægydi-
us Lusitanus. Lorca, et alii plures apud citatos. Ex
his Authoribus aliqui et precipue P. Arriaga, qui doceant
seclusâ fide Diviná proponente Dei visionem, n fore cogni-
tandam in intu etiam imperfectam apphensione de ciusmi

visione quae nullum daret principium ut de illa dubitaremus.

3a sententia media est inter duas extremas iam relatas et pugnat suppositis fidei principiis videlicet beatitudinem creaturae rationalis non in aliquo creato, sed in solo Deo collocandam esse, posse intellectum naturaliter demonstrare possibilitatem visionis beatae. Ita Pater Molina, Pater Suarez, Pater Janneros Alvelda, Silvester et Caietanus citati à Pater Ripalda ubi supra. Est haec sententia 3a.

Caput 2um

Quid tenendum sit decernimus.

Pro dirimenda difficili hac controversia sit 1a conclusio. Suppositis principiis fidei quae designant à Doctoribus 3a sententiae non potest intellectus sua virtute naturali evidenter ostendere possibilitatem visionis intuitivae. Probatur assumptio 1a. Principium fidei quo praesupposito posset evidenter demonstrari possibilitas visionis beatae, esset hoc, videlicet Beatitudinem in solo Deo et in operatione perfectissima circa Deum ponendam esse: sed admisso eiusmodi principio remanet indemonstrabilis evidenter intuitio Dei, quia ex eiusmodi principio nihil colligitur pro demonstratione illius visionis. Probo minorem huius discursus. Etenim nimis principium illud intellectui sit notissimum, dat locum ut ille non temere sed prudenter incipiat dubitare an illa Beatitudo creaturae fieri debeat per visionem intuitivam vel potius per aliam cognitionem inferiorem; à quo dubio non poterit intellectus liberari, si relinquatur per se ipse suis naturae suffultus illo principio fidei. Ergo suppositio illius principii non facit, ut appareat

evidenter solis intuitio Dei ut e in se. Sicut ex eodem

principio non deducitur, Beatitudinem creaturae debere collocari in cog

nitione comprehensivâ Dei, quae maior est beatitudo quam videre

Deum perfectissime intuitivè. Videtur etiam, quod prius supponi de

beret possibilitas visionis quam asseratur illam esse nostram beati

tudinem, sicut prius supponi deberet possibilitas comprehensio

nis Dei, ut diceret in illa consistere nostram beatitudinem

§ Sit 2a dictio quaelibet natura intellectiva creata ducta solo naturae

Lumine non potest evidenter assequi possibilitatem visio

nis beatae. Itate probatione propositae solutioni in qua

cuique difficultati satisfit, notari debent duo, ut in illa per

spicuè procedamus. Primum est advertendum Beatam sicut

et ad alios effectus supernaturales concurrere duplex genus causae

aliae quae esse supernaturales ut Lumen gloriae, reliquique habitus

supernaturales; aliae quae naturales, ut habitus et aliae similes. Pro

tendimus igitur, ex cognitione earum naturalium non posse intellectum

noscere evidenter possibilitatem intuitionis Dei. 2um est, du

plicem esse demonstrationem physicam, aliam à priori, quam

per causam demonstratur effectus, altera est à posteriori, quo per

effectum causa demonstratur, de utraque demonstratione procedit

assertio statuta, et asserimus nec à posteriori nec à pri

ori esse demonstrabilem visionem Dei.

Probant aliqui DDes. inter quos

est Pater Suarez 1a parte lib. 2. de attributis cap. 5. et lib. 2.

de Angelis cap. 29. 1em traditam ex eo quod visio beata sit

intrinsecè supernaturalis, id autem quod est intrinsecè supernaturale, fugit omnem

cognitionem evidentem, quae comparetur per virtutem naturalem advitiam

eius

etz gra nali. Sed pdicta rō n' arrisit P. Mascon, et aliis su-
ribus, qui arbitrant' cream posse cognoscere p cognit3 ab-
stractivam entia intrīcē supnalia, et ad hoc ostendendum
acumulant exempla plura. Nobis etz displicet pdicta rō,
sed ex alio capo, videlt, q' recurrit ad prium hoc adeo ulle,
cum verè possint designari rōes magis spāles, et ad rem psents
pxime, ex qq efficaci pbari possit doc tradita, et dent
alia plura entia supnalia, que cadere possint sub cognit3
demonstrative intue. Aliunde q' vestiganda e indemonstra-
bilitas visionis p pria positiva nalia.

Insufficiens e etz argumtu
aliud, quo nnulli tuent nrām et veram doctrām. Asserunt
phos illos antiquiores n ee ulla rōe assequutos vis3 intuitivā
Dei; et ex hac ignorantia colligunt pdictam vis3 n posse
rōe nali demonstrari, nam si vera demonstrabilis eet, n e credeen-
dum qd illa penitus latuerit eximios illos phos. Miror tn
qd graves et eruditi Theologi tam futili rōe ducti sint ad ne-
gandum demonstrat3 eē vis3 Dei. Nam 1o nemo potē affirmare
certo, hanc vis3 à nullo pho p discursu nale fuisse co-
paratam; opus eñ e ad pnuntiandum hoc assertum evolvis-
se totius antiquitatis scrinia, et sedulo legisse pfane eru-
ditionis monimenta. Quod q3 n fecere illi qui pdictā rōe
ducunt. 2o. demus illis hoc eē ignoratum a phis, adhuc tn
vitiosissima et prsus ridenda est argumtatio hec; aliqua veri-
tas detminata latuit phos antiquos; g' n potest eiusmi veritas
evidentr cognosci a solo intu, nam verè plures dant in
phia veritates, que latuere phos illos et natr ss cog-
noscibiles à sola virte intus. 3o q' forsan rōe 2templa-
tionis in qua phi 2stituebant horum beatitud3, et qm tiori ne

compararunt, signabat ab illis id quod a nobis nunc exprimitur per visionem intuitivam Dei.

Non minus elanguet (ad alio diffusum) argumentum aliud quod proponitur ab aliis videlicet non posse nos cognosci evidenter illum modum per quem Deus reipsa communicaret intellectui creato visionem sui intuitivam. Si ergo modus communicandi visionem Beatificam fugit per se nostram evidentem cognitionem, nullo modo poterit demonstrari visio ipsa secundum possibilitatem, nam possibilitas visionis pendet a possibilitate medii, quo debet communicari. Dixi elanguere argumentum hoc quoniam ad illud facile respondebunt fidele adversarii posse cognosci evidenter possibilitatem visionis, quamvis non cognoscant evidenter ille modus specialis, per quem Deus eam communicet. Sane visionem creatam, satis non est cognoscere Deum habere infinitos modos quibus id efficere possit, quamvis illi in particulari et determinate non possint demonstrari, mediis quibus communicanda est visio intuitiva.

Caput 3um

Probatur efficaciter assertio 2a capitis praecedentis tradita.

Diximus in assertione 2a visionem beatam esse extra ordinem demonstrationis tam a priori quam a posteriori, quod efficaciter probandum est in praesenti. Et quidem quod attinet ad demonstrationem a posteriori hunc in modum ostendi potest. Non est assignabilis effectus aliquis, qui proveniat a visione beata tamquam a causa, ex quo possit ipsa visio demonstrari,

quia demonstratio a posteriori est cognitio evidens causae quae fit ex cognitione effectus. Unus si primus effectus proveniens a visione vel foret entitative supernaturalis vel naturalis, ex neutro potest demonstrari visio; nam si sit supernaturalis

deberet evidenter cognosci aut immatè et quidditativè in se-
ipso quod repugnat intui creato; aut mатè p alium effum
evidenter cognitum; et de hoc effu 2°. procedit eadem diffas
quare vel admittendus eet infinitus processus in effibus sup-
nalibus, q° e° inconveniens, aut dm e°, intum cognoscere
immatè et quidditativè in seipso, et n° in aliquo medio effum
intricè supnale, q° q3 e° ō coem sam asserentis obrum
intricè supnale n° posse immatè cognosci in seipso p cog-
nitis evidentis nq. Si vero dicat effum pcedentis à vis e na-
lem, pr urgentius ex cognite eiusmi effus n° posse demons-
trari politatem visionis Beatae, q² cum effus nalis quà talis n°
exigat ex nã suã cam supnalem quà talem. Et cognoscat
effus ut nalis n° potẽ ex illius cognite evidenti colligi vi-
sio supnalis, quae sit illius ca in q° tamen e° aliqd supnale.
Confirmo hoc et sl elucido. Etsi vis operà Dei sit in sua en-
titate et pfecte substali aliquid entivè supnale; hoc posi-
se q° nos cognoscamus effus creatos nales, qui pendent essentali
à pra Dina cognoscemus q° ipsam quae in seipsa e° pfectio
supnalis n° tamen cognoscemus illam in q° formalr e principium p-
ductivum rerum supnalium, q² sub hac frali rõe n° petit
ab illo effu nali. Ita silr dm e° de effu nali qui
pflueret à vis, ex illo n° posse cognosci visionem ipsam su-
pnalem.

Quod etiam nulla possit confici demonstratio à priori
ad ostendendam politatem visionis Beatae, potẽ suaderi n°
minus efficacr. Sic ipsr dispono pbatem istam. Si posset
intus p suas vires assequi politatem visionis Beatae, deret
hanc cognitam ex cognite triums priorum, quae, si evidentia

ipso lumine nec in propria sed sibi dicitur. Deus est potentia omnipotens
infinita. Deus est cognoscibilis intuitive. Creatura realis est
principium intelligendi. Atqui cognitio evidens horum priorum non suffi-
cit ad inferendam cognitionem evidentem visionis Beatae; ergo etc.
De maiori propositione arbitror non posse esse dissidium, nam licet
Doctores sententiae adversae plures conficere soleant rationes demonstra-
tivas in capitibus sequentibus dissolvendas, illa melior
omnibus iudicatur, quae triplici praedicto principio suffulta est. Mi-
à Theologis virtus quaedam activa proportionata, et quae elevabit intellectum creatum ad productionem Dei visionis. Dicitur autem qualitas ista Lumen, non quia ipsum sit formaliter per seipsum aliqua lux, sed quia destinatur ad actum visionis, qui est actualis, et formalis illustratio, per quam intellectus manifestat sibi summum obiectum, quod est Deus, et dicitur lumen inaccessibile. Praefatum lumen potest dupliciter elevare intellectum ad visionem; aut per modum qualitatis intrinsecè inhaerentis intellectui, quae dicitur lumen habituale supernaturale; aut per modum virtutis extrinsecae, non inhaerentis, sed intimè assistentis intellectui, et concurrentis cum illo ad visionem, in quo sensu nuncupatur à pluribus ipsa divina essentia Luminis, in quantum concurrit cum intellectu tanquam causa partialis, ad productionem visionis.

Notandum est 2.º Defacto dari lumen gloriae per modum dispositionis inhaerentis intellectui, et ipsum hac ratione elevantis ad visionem. Fuit autem decertatio inter Theologos, an existentia luminis per modum intrinsecae qualitatis gaudeat supremâ certitudine de fide. Pater Herice disput. 48. n.º 6.º sequens Patrem Suarez et alios, ostendit, in Concilio Viennensi in Clementinâ ad nostrum de haereticis definitum esse existentiam Luminis habitualis intrinseci. Pater Arriaga disput. 3.ª sect. 1. subsect. 1.ª cum Patre Vazquez Patre Molina et aliis fusè probat ex praedicto testimonio Concilii Viennensis non colligi de fide existentiam Luminis habitualis intrinseci. Huic placito ego etiam libenter subscribo, et in hac controversiâ enuncio haec duo. Primum mentem Concilii contra haereticos dirigi, ut definiat contra Begardos ex parte intellectus visuri Deum ratione requiri Lumen aliquod gloriae, sive lumen sit intrinsecum, sive tantum extrinsecum quoniam haeretici illi asserebant intellectum ex propriis viribus posse videre Deum, seclusio quolibet alio principio elevante. Secundum est, existentiam Luminis per modum habitus intrinseci defacto posse probari ex paritate aliorum actuum supernaturalium in via, videlicet fidei, charitatis etc. ad quos defacto constituunt à Theologis habitus supernaturales in

ipsi prius, quae proportionent intrinsecè ad producendos illos actus.

Notandum est 3º. Iuxta communem Theologorum doctrinam Lumen gloriae concurrit ex parte intellectus per modum principii effectivi visionis; quod, quamvis negatum sit à nonnullis, quos refert Egidius lib. 9º q. 5. art.º 2. §. 1.º potest probari efficaciter; tum, quia si recusatur concursus effectivus Luminis in visionem non satis explicari potest necessitas eiusdem Luminis ad videndum Deum; tum etiam, quia reliqui habitus supernales, qui ponuntur ad actus fidei et charitatis concurrunt in genere principii effectivi, postea quod vires naturales illarum potentiarum non sunt ex se sufficientes ad productionem illorum actuum. Et quamvis hoc notabile Beatum non contineret doctrinam, quae communissima est apud omnes, ut notavimus, deberet praedicta efficacia Luminis effectiva supponi ab omnibus illis, qui de proposita difficultate disputant, nam in praedicta virtute effectiva Luminis fundatur firmissima structura opinionum, in quas Theologi dividuntur, ut videbimus in cap. 2º

Notandum est 4.º Contra Ocamum, Ricardum, et alios ex antiquioribus, visionem Beatam defacto non infundi à solo Deo intellectui Beatorum, sicut infundit Lumen, sed intellectum creatum Beati dici exercere concursum aliquem effectivum in ipsam visionem licet sub dubio positum sit, an ille concursus sit proximus et immediatus, vel tamen remotus, et mediatus. Ratio huius notabilis est, quia quamvis non repugnet visionem Beatam à solo Deo produci in intellectu Beati, et per illam denominari cognoscentem; adhuc tamen magis consonum est ipsi naturae visionis, si loquamur proportionatè ad alios actus vitales eiusdem intellectus, ut visio procedat ab intellectu, qui est principium vitale cognoscitivum in actu 1.º quam quod à solo Deo producatur supplente concursum illum, qui exhibendus esset à causa 2.ª, atque adeo productio visionis non debet refundi in solum Deum tanquam in principium particulare et unicum suae

Sed n. definimus an physica vitalitas sit de essa visionis, vel sola intentionalis, q.a hoc ptinet ad aliam difficultatem.

Notandum est 5.o dupliciter sumi posse prium remotum. 1.o dr prium remotum illud, qd nullam immatam activitatem offert in effectum, sed tota activitas immata pvenit adequatè ab alia entit. quæ mediat int ipsum prium remotum, et effectum productum; hac roe igni dici solet à pluribus prium remotum caloris producti in ligno, q.a int ignem et calorem productum, mediat calor in igne producens immatè et adequatè calorem in ligno. 2.o dr prium remotum id, quod immatè concurrit ad effectum, sed cum dependentiâ ab immato concursu altius prii, quod inadequatè concurrit ad effectum; et hac roe dr intellectus remotè potens ad effectum secluso concursu spei impressæ, q.a reqr etiam concursus illius spei, n. ut mini adæquati prii, sed inadæquati. Non est igr in præsenti dubitatio, an intus dependeat à concursu sub-stantiæ inadæquate luminis gl., ut producat visionem Beatam, certum n. est, intum n. posse esse prium totale, et adequatum visionis; sed solum dubitatur, an conferat intus ad productionem visionis immatam aliquam activitatem, quæ coniuncta cum activitate luminis constituat prium immatum, et adequatè productivum visionis.

Notandum est 6.o hanc controversiam, quæ de re gravissimâ est, reductam esse ad controversiam vocalem à Lorca 1.a 2.æ disputatione 31. membro 2.o §. restat 2a. Albelda 1. p.te disput. 12. n.o 20. 21. 41. et 42. et Curiel 1.a 2.æ q. 5.a art. 5.o dub.o unico. §. 5. et sequentibus; nam 1.us author eatenus appellat lumen gloriæ totam vim productivam visionis, quatenus illud est tota forma complens, et sufficiens intum. 2.us hanc denominationem attribuit lumini quatenus illud est tota virtus elevans intum. 3.us asserit lumen esse codici totam vim agendi, q.a est tota virtus, ex quâ mensurat pfectio, et intensio ipsius visionis Beatæ. En gravissimâ disputatio vocalis effecta. Nemo n. potest inficiari solum lumen complere, et elevare potentiam. Immune-

sit, qui admittant, ex lumine metiendos esse perfectos, et intensos actus visionis. In quo duplici sensu penes voces tantum dissidium est, an debeat lumen appellari per illos titulos tota ratio productiva visionis, necne, cum tamen supersit dubitatio circa rem ipsam, quam iam dilucidè propono, et opiniones refero.

Caput. 24.

Exponitur punctum difficultatis, et sententiae theologorum referuntur.

Ex notabilibus, quae elucidata sunt in cap. praecedenti, colligitur iam praesentis difficultatis legitima propositio, quae praemitti debet ante sententiarum enumerationem. Inquiritur enim an intellectus conferat aliquam immatam, et proximam activitatem in actus visionis Beatae distinctam ab illa activitate proxima et immata, quam lumen gloriae confert ad productionem eiusmodi visionis, sive illa activitas immata ad actum supernaturalem proveniens ab intellectu dicatur obedientialis, sive dicatur naturalis, aut innata, in quo nunc non implicabimur; vel potius asserendum sit, activitatem immatam et proximam, quae requiritur ad actum supernaturalem visionis, adaequatè conferri à solo lumine gloriae, quod inhaereat intrinsecè intellectui, et remotè tantum dicatur concurrere ad virtutem, mediante ipso lumine. Gravissima equidem disputatio et quae non tantum de lumine gloriae, sed de aliis supernaturalibus virtutibus in ordine ad omnes actus supernaturales institui potest, et solet; et si excipias celeberrimam illam difficultatem de efficacia Dei circa libertatem arbitrii creati, nulla alta celebrior est inter Auctores iuniores familiae Dominicanae et nostrae Societatis.

Propugnatur quidem sententia Scotistarum exhibere virtutem immatam potentiae productivam actus visionis, quae coniuncta cum alta virtute immata luminis gloriae constituit principium totale, et adaequatum productivum. Illi sane sententiae consentienti suffragio abiere professores nostrae Societatis, et ex scholasticis antiquioribus aperte suffragantur illi magister in 2º distinct. 27. quem ipse Alexander 4. p. te q. 61. membro. 3º art. 2º Scotus in 3º di-

stinct. 13. q. 3. et 4a. Et in 2° distinct. 27. q. 2a. Phi-
lippus Faber, Ricardus, Aureolus, Gregorius et Bas-
solis. Ex Thomistis eamdem sententiam docuere Caietanus, Capreo-
lus, Ferrariensis, Paludanus, Argentinas, Ledesma, Victoria-
nus, Medina, et alii, quos refert Pater Ripalda lib. 2°
disput. 30. sect. 20. ubi etiam citat alios extraneos doctores
asserentes hanc esse sententiam priscorum et nobiliorum Thomis-
tarum. Pro eadem doctrina producit ipse Pater Ripalda in sect. 21.
plures ex controversiarum scriptoribus, videlicet Stapletonium,
Eduardum Waper, Gilletum, Didacum Paiva, Florentinum, Vi-
nustium et alios quorum placita verbatim apparet, ut
inde clarè pateat, quam merito illi pro nostra sententia referri debeant.

Huic sententiae opponitur extremè alia 2a, quae de-
negat intimi activitatem immateriatam etiam partialem in ordine ad volitionem sa-
lutarem, et activitatem immaterialem adequatè attribuit soli lumini glo-
riae in ordine ad visionem, et aliis donis supernaturalibus in ordine ad
actus proprios, sicut soli calori attribuit adequatè vim im-
mediatam calefactivam ligni. Nata est sententia haec ex ingenio Scoti
in 4° distinct. 49. q. 3a. art. 2° non longè ante fin.
Eamdem expressè docent ex junioribus Alvarez de auxiliis
disput. 61. sect. 2a et disput. 85. art. 3°. Nazarius
1a p. q. 12. art. 5°. controversia 2a §. 3° advertendum.
Lecius, Lectus de cognitione Dei cap. 3°. sect. 3a. art. 5°. Ca-
brera tom. 1. in 3am partem q. 1a. art. 2°. disput. 1. §. 4°
sect. 2a. Et disput. 9. §. 5°. sect. 3a. Theologi discalcea-
ti in suo cursu theologico viriliter illam defendunt. Reli-
qui Thomistae, qui solent recenseri inter patronos huius
sententiae, aut obscurè nimis loquuntur, aut nihil favent placi-
to praedicto.

Inter has duas opiniones extremè dissentientes potest excogitari alia 3a opinio, quae mediat et illas in aliquo concilia-

reducat Curiel citatus in §. ult.º capitis 2.ⁱ asserit Ferrar[am] in 3.º contra gentes cap. 54. §. ad 2.[um] d[icendu]m et Capreolum in 4.º distinct.e 49. q. 2. art.º 3.º ad argum[en]ta Durandi c[ontr]a 2.[am] concl.[usionem] in solut.e 2.ⁱ docuisse, intell[ectu]s Beati conferre specialem activit[atem] immatam in vitalit[atem] actus visionis, in illius v.º supernalit.e totam activit[atem] adequate conferri à solo lum.e gl[ori]e, ita ut vitalitas actus visionis, realr producat.r à solo intell[ect]u, et eiusd[em] supernalitas producat.r à solo lum.e gl[ori]e; sed nec Ferrara et Capreolus tradidere p[rae]fatam rat[ione]m conferendi, ut falso illis Curiel appingit, nec ab aliquo alio autore traditam scio, quare nullo Patrono munit.r, et p[rae]sus destitui debet o[mn]i Theologico Patrocinio.

Caput. 3.[um]

Eligit.r 1.a sen[tenti]a et à priori c[on]p[roba]t.r

Defendenda e.[st] s[ententi]a illa, q[uae] docet ut verissima ab authoribus n[ost]ris Societatis, et tribuit intell[ect]ui virt[utem] immat[ivam] partialem r[ation]e visionis Beat[ae], et cuiusq[ue] alterius actus supernalis, quoniam illa mire consonat scriptur[ae] Sacr[ae], Ecclesi[ae] Patribus, et melioribus theologis, ut constabit ex dicendis in decursu huius disputationis gravissim[ae]. Ut illustrando hanc s[ententi]am efformo hanc, 1.[am] rat[ione]m à priori. Ex eo negaret intell[ect]ui virtus partialis immata r[ation]e visionis, q[uia] h[aec] e.[st] entitas entitative supernalis: sed pote.[st] egregie c[on]poni cum supernalite visionis concursus immatus et partialis ex p[ar]te intell[ect]us ad eand[em] vis[ionem]; h[oc] n[on] e.[st] titulus ut denegetur eiusmodi concursus partialis et immatus, q[uo] conferat intell[ect]us ad vis[ionem]. Co[ns]e[quen]tia bene deducit.r: ~~minor~~ Maior conceditur ab adversariis, qui recurrunt ad supernalit[atem] actus visionis, ut negent intell[ect]ui concurs[um] ~~et~~ immatu[m] ad ill[a]m. Minor in[ter]im p[ro]bat[ione] indiget; et hac r[ation]e p[ro]bari pote.[st].

Quod visio sit supernalis abste loq[uen]do, so.[lu]m dicit q[uod] illa sit supra o[mne]s vires n[atur]e; et lumini n[atur]e debeat;

aut explicet supnalitas abtà pra qmlibet rōe opinandi; quod ad
ipsens n. attinet, cuilibet pmittimus ppriam sam defen-
dere in expone supnalitis entis. Sed huic decepto assig-
nato, et alteri cuicumq3 n opponit decursus intus innatus
et partialis; qa adhuc in opposito dr abtè visio Dei supra
vires ipsius intus; qa nario reqr habitus luminis glae
elevans virtz intus improportionatz pr se solz. Intus pdic-
tus habitus nec exigit, nec debet intui, sed tm se het tanqm
qd supnale, sine quo vires intus nequeunt elicere visz supg-
nalz; et qa hoc lumen accedit, adiungit illi intus supnz
prii conferentis aliqm virtz in ipsam visz, qua dr ee sim-
plr supra vires nales intus: qre si recte ppendant oia,
qua ad deceptum formale supnalitis spectant, decursus in-
natus et partialis intus ru visionis recte componit cum
decepto entis abtè supnalis, ac proinde n e titulus, ut
eiusm decursus deneget.

Ad rōem istam, qua vere urget, resp. 1º pote infi-
cari hos in eo quod intus exerceat virtz aliqm innatam
in orde ad visz, et quod lumen et visio retineant sup-
nalitatz intricam; nq si intui tribuat ea virtus, quae p-
pleat pr habitz supnalz, dicemus ex alio capite asse-
rere intus exigere habitz luminis; et contr exigere visz
ipsz: quod qdz oio repugnat decepti supnalitatis, sed
pdicta solutio effax n e; et facile pote in illius autho-
res retorqueri; sicut n ipsi clarè docent intus here virtz
passivam visionis supnalis, quin propterea decedant intui
exigentiam intricam luminis glae, vel altius prii pducti-
vi visionis, ita sibi admitti pote in eodz intui virtus im-
nata partialr pductiva visionis, quin n decedat intui intrica
exigentia luminis, aut altius prii complentis illam virtz

inadequatē. Uberius rē elucido. Illa virtus passiva, quę dat in intū rē visionis, ut reduceretur ad actum dēum recipiendi visē, nō minus indiget virtute productiva visionis, quam indigeret illa virtus immata, et partialis productiva, quę ponatur in eodem intū ad eandem visē: sed virtus passiva visionis quę se tenet ex parte intus, nō exigit lumen nec aliud prium productivum visionis, ergo virtus immata productiva visionis, quę resideat in intus, nō exigeret lumen, vel aliud prium supnale ad eliciendam visē, ita ut hęc exigentia obsit supnalitati visionis.

Reri potest 2.º Visē Dei nō dici supnalē, nisi oia pria immatē productiva sint supnalia; et cum virtus intus nalis nō sit supnalis, neque etiam partialiter attingere visē.

Sed impugnatur 1.º hęc solutio, quia sicut admittitur, virtus immata passiva nalis rē visionis quę qdem nō potest reduci ad actum sine virtute activa supnali; ita potest admitti activitas immata [illegible]tas nalis, quę nō concurrat ad visē, nisi associetur prio supnali. 2.º Si conceptus supnalitatis in actu postularet quod prium adęquatē productivum eet supnale, fieret inde posse dari effectum aliquē nalē, qui si exigeret concursum altius prii supnalis concurrentis cum prio partiali nali, quod hactenus inauditum est, ergo hoc ipso quod ad productionem visionis exigat prius aliqd supnale, quamvis partiale, simul cum immata activitate intus visio evaderet supnalis licet virtus adęquata productiva nō sit entitativè supnalis.

Caput 43.

Eadem sā 2.ª roē roboratur.

Probanda est 2.º nrā vera sā ex alia doctrā satis coi in schola theologicā, cui favent expressè ex thomistis, quos impugnamus mō Alvarez de Auxiliis disput. 28. n.º 58.º

Bañez 1. p.te q. 88. art. 3.o Et Cabrera 3.a p.te q. 11.
art. 6.o disput. 1. ad 3.m Docent igr praedicti doctores
3a cognitiones fidei supernalis, et prudentiae infusae, fieri in via-
toribus p species nales, quas comparant media instructione Eccles-
siae, et privato studio fidelium; ex hac doctrina efficitur proba-
tio haec. Non repugnat quod species impressa nalis immediate
concurrat ad cognitionem supnalem; ergo non repugnat etiam quod intus
nalis immediate producat cognitionem supnalem, sicut ea, quae a se nali-
tatis in utroque eventu eadem est, et concurri utrobique debet of-
ficere, aut nullius virtutis pr, quia si species impressa nalis non
concurreret immediate p se ad cognitionem fidei, aut concurreret me-
diante habitu supnali fidei, aut media qualitate supnali: neutro
modo concurrere potest; ergo. Minor pr sm partes.
Et imprimis non potest asseri habitum fidei esse adequatam
virtutem speciei impressae. 1.o quia sicut accidentia, quae sunt virtus propria
Transubstantiationis tota virtus productiva substantiae producunt effectus eo-
dem modo, sive sit praesens substantia, sive absens; ita habitus fidei
sm se potens est et proportionatus ad actus nales. Si quis
habitus fidei non exigit immediatum concursum speciei impressae, ut
eliciat actus fidei supnalis, sm se consideratus non indige-
bit etiam concursu speciei ad actus nales.
Deinde non potest asseri, species impressas nales
producere cognitionem supnalem media qualitate supnali, quae distin-
guatur ab ipso habitu supnali. 1.o quia sine fundamento adstrue-
retur eiusmodi qualitas, ut opposita sententia solum defendi possit.
2.o quia eiusmodi qualitas esset supnalis species, quae conferret con-
cursus potius quos conferunt species nales ad cognitiones nales; species
autem supnalis non est necessaria ad actum fidei supnalis.
3.o quia cum eiusmodi qualitate posset intus elicere actus fi-
dei circa omnia revelata, quibus non adessent species aliquae nales adaequ-
sitae, sicut asserebamus de habitu fidei supnali. Cum ergo fi-
tio prorsus sit praeparata qualitas, quae dicatur virtus immediata,

et adequata spei impressae nalis fatendum e, ipsas spes impressas nales concurrere immate ad cognitionem supnalem fidei.

Reddit aliquis 1. illas spes nales elevari ad producendam cognitionem supnalem fidei medio supnali auxilio grae praevenientis. Sed omissis pluribus, quae possent praedictae responsioni obstare, hanc solutionem ex modo, quo concurrit auxilium grae praevenientis ad potentiam vitalem supnalis, quod hoc est alterius loci; refutatur 1.º ex eo quod auxilium grae praevenientis non integret intrinsece speciebus nalibus; at secundum doctrinam adversariorum non potest res effici intrinsece proportionata ad aliquem actum, nisi recipiat intrinsece id, per quod proportionanda est.

+ Refutatur 2.º quia eiusmodi auxilium deberet esse species supnalis, cum exhibeat immate concursum obiectivum speciei, sicut arguebamus de illa qualitate supnali in § ante.

Reddit alius 2.º dari modos quosdam supnales qui modificant species illas nales, et reddunt illas potentes ad efficiendum ex parte obiecti cognitionem fidei supnalem. Sed contra est 1.º quia praedicti modi essent species supnales; nam sive entitas modalis sit, sive absoluta, dummodo per se substituat ex parte obiecti ad exhibendum adequate concursum immatum, debet rationem speciei. Contra est 2.º quia sicut asseritur, species nales affectas modis illis supnalibus posse producere actum fidei supnalem, ita posset dici, quod affectae modis aliis supnalibus possint efficere actum supnalem scientiae infusae; unde excludendae forent omnes species supnales, quae ponuntur nario ad cognitiones supnales. Contra est 3.º quia si vera esset praedicta solutio, sequeretur non requiri habitum supnalem, ut proportionaret intellectum ex parte potentiae ad productionem actus supnalis, sed ad hoc sufficerent illi modi intrinsece afficientes intellectum. Sequella patet; nam illi modi supnales possent esse virtus adequata actus supnalis ex parte obiecti, et esse virtus adequata ex parte potentiae; nulla enim videtur implicatio in coniunctione utriusque muneris, semel admissis, et

admissis eiusdem rnis intrico efficientiis istis, quo accedendis est spei nali immatius concursus ad cognitione supnatis, et sitius proportionabit virtus intus et virtus spei.

Rebus 3.° argumentis nullo fere vim quoniam, spes nales non concurrerent ad illas cognitione in genere causae efficientis, sed in genere causae finalis; ex quo nihil deducit pro concursu productivo visioni, qui tribuit intui istae maris. pondeo non favet ipsis thomistis; nam illi cum aliis theologorum opinione arbitrant spes concurrere ad elicitam cognitionem in genere primi effectivi, quam universita verissima doctrina, exercet suas vires ro supinus facta. Unde etiam, contra, de reperiri difficultas in concursu finali, qui tribuit speciebus nalibus accedant in concursu effectivo, qui denegat illis, praesertim in orde ad actus supnatis, de quo modo dissertationem excitamus, quare vel utrumque concursus benignus est, aut utrumque recedendus.

Cap. 53.

Probatio 3.ª et universalior eiusdem doctrinae.

Quoniam difficultas quam hic excitamus contra lumen gloriae, potest etiam locum in reliquis sitibus supnalibus rum suorum actuum, debemus proponere sane argumentum, ut eadem doctrina, quoad reliquos etiam sitius probata maneat, cum eo modo, uti diximus, extendat.

Sic igitur possumus argumentari 2.° vol. sola concurrit immaterialiter cum sitibus ad actus supnaturales voluntatis; quod intus concurrit immaterialiter cum lumine ad productionem visio supnalis. Consequentia probat a paritate quia non est magis improportionatus intus noster ad producendam illi electionem, quam voluntas ad producendos suos actus supnatis. Ad probationem antis plura possunt produci, quae late propendunt a nostris Doctoribus. Ex istis pluribus selectiora probationis capita percurremus. Igitur nobis probandum voluntatem immaterialiter concurrere cum sitibus ad producendos actus suprios supnaturales

nales. Sit

Probatur autem 1.a assumpti hoc ex sacris litteris, et inprimis 1.a Corinthior. 15. asserit Paulus. Abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem sed gratia Dei mecum. Quibus verbis indicat aperte immediata cooperatio voluntatis, quia si voluntas produceret adequate media gratia, cum omni veritate posset asseri gratiam ipsam ipsam seorsim à principio remoto et mediate producere operatum quod est contra verba Divi Pauli allegata, et sine expositione apprimè quadrare praedicto testimonio docent Sancti Patres qui eum expendunt verba praefata Divi Pauli. Videantur Gregorius lib. 16. moralium cap. 12. et lib. 18. cap. 22. Bernardus de gratia et libero arbitrio circa finem. Augustinus de gratia et libero arbitrio cap. 5. post medium ubi inter alia satis apta pro re praesenti haec verba habet: non ego autem, sed gratia Dei mecum; idest non solus sed gratia Dei mecum. Ac per hoc nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo. Deinde idem Paulus ad Philippenses 2.o inquit. Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis velle et perficere pro bona voluntate. Si sola gratia produceret adequate operatum, tolleret omnino quodlibet motivum adtimendum. Denique, ut alia testimonia praeteream, probatur idem ex psalm. 78. Adiuva nos Deus salutaris noster ubi non est omittenda elegans expositio Divi Augustini sic dicentis: non est adiutor inimicus operis; nec tollit arbitrium, qui non adiuvat, et per seipsum aliquid agit. Probatur 2.o idem ans ex testimonio plurium conciliorum. 1.o Synodus Palestina approbavit explicationem illam quam Pelagius attexebat eiusdem asserens homines proprio labore, et gratia Dei assequi salutem. Ubi nomine laboris intelligit immediata cooperatio arbitrii, quae

iuncta cum auxilio grę supernalis producit hominem ad salutem. 2.° Patres Africani rescribentes ad Sozimum Papam contra errorem Pelagii, inquiunt, ut boni aliquid agant patris inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. Ubi non potest exponi quando non tangi possit arbitrium, nisi cum ipsa gratia concurrit efficaciter immanenter. 3.° Concilium Senonense Ubi supra columna 2.ª fine idem definit contra Lutherum. Et 4.° Tridentina Synodus contra Lutherum et Calvinum in sess. 6. cap. 5.° ita loquitur: homines gratiae excitanti atque adiuvanti libere assentiendo et cooperando disponit, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens.

Est autem in praesenti materia celeberrimum testimonium illud, quod ex eadem tridentina Synodo, in can.e 4.° desumitur, ubi res haec declaratur dissertis: Siquis dixerit liberum hominis arbitrium adeo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere anathema sit. In quo testimonio plura sunt expendenda

. . . . . quae solent ab adversariis exhiberi, ut melius colligatur illarum inefficacia. Imprimis dicitur liberum arbitrium cooperari gratiae Dei adiuvanti; sed non dicitur cooperari, quod immanenter nihil producit ex aliis; sicut ignis . . . , quod immanenter nihil producit ex aliis, sicut ignis non proprie diceretur cooperari ad calefactionem productam a solo calore. 2.° Deinde liberum arbitrium excitatur et a Deo tangitur . . . . . dicta excitatio non ordinet, ut aliquis deinceps exhibeat a voluntate in opus supernale, non facile declarari potest ad quod requiratur eiusmodi excitatio. Demique non se habet mere passive respectu actionis immanentis, quae non solum recipit in se immanente

gratiam et actus operis procedentis ab ipsa gratia sed exercet etiam activitatem immaturam distinctam ab activitate gratiae, nam haeretici, quos ibidem Tridentinum refutat, tantum denegabant, quod arbitrium producat immediate simul cum gratia, nec ibi inficiabant, competere eidem arbitrio activitatem mediatam, quatenus sustentabat gratiam immediate producentem. Sed dices 1.o hoc non definiri a Tridentino facultatem naturalem arbitrii pollere immediata, et partiali activitate in actus supernaturales, quia non destruebatur a haereticis totali activitati in principio supernali, sed aliud diversum dogma, quod a Concilio refellitur. Sed contra est, quia id, quod ibidem statuit a Concilio, est quod vehementer displicet Luthero, Calvino, aliisque eiusdem faecis hominibus; sed quod displicet, et non probatur haereticis in doctrina catholica est constituere facultatem naturalem cum partiali activitate intrinseca ad motus supernales, quia haec doctrina definita est in decreto praecedenti. Minor probari potest efficaciter producendo verba ipsorum haereticorum, qui aperte fatentur, solum illis displicere doctores qui defendunt, ex arbitrio creato et gratia componi integrum et adaequatum principium productivum effectus supernalis. Praedicta haereticorum confessio legi potest apud [illegible] Maldonatum Joannis 15.o [illegible] Stapletonius autoritate in Joannis 15.o et in Epistola ad Romanos cap. 9.o Jacobus [illegible] et alios. Inter alia verba, quae referunt ex Calvino [illegible] omittenda haec [illegible] explicat quid sibi displiceat in doctrina catholicorum, et ita ait: tale est Papistarum commentum nos sine Christo nihil posse ab eo tamen adiutos habere aliquid ex nobis praeter gratiam. Hoc autem est ipsissima societatis doctrina; hoc est quod ipsis statuit a Tridentino, quia doctrina quam defendit a nostra societate continetur in praefato decreto Tridentini.

Dices 2.o haereticos istos mentiri dum affirmant, catholicorum doctrinam tenere quod gratia non sit tota vir-

ius pronuntiandi ... in hac parte non est illis danda fides. Sed
dicendum est, si non adhiberet fides ad illa dogmata, que proponuntur
ab hereticis ex propria sententia, non deremus fientes, cum cognosceremus
quod illi deficerent à catholicâ doctrinâ, et quod refellerent
à Deilijs; sed Calvinus ut vidimus § praecedenti, pronunci-
at omnem activitatem in actus salutares esse prorsus extrincam ar-
bitrio creato; quae doctrina opposita est quam statuit Tridenti-
num, contra praefatos hereticos.

Dices 3°. Hereticos denegasse omnem libertatem in ar-
bitrio creato, Dominicanos vero illam defendere, ac proinde
datur discrimen inter Hereticos et catholicos, quamvis conveni-
ant in attribuendâ totâ activitate Divinae gratiae et praedicta li-
bertas adstruit à Tridentino, non vero partialitas influxus. Sed
refellitur quia Deilijs non solum definit arbitrium creatum esse
liberum, sed etiam esse activum, nec minus repugnat Tridenti-
no, qui negat activitatem arbitrio, quam qui negaret libertatem. Adde
quod negare activitatem immediatam in opera salutis deduci negationem
libertatis in voluntate, quam intendunt heretici destruere, et sta-
bilit à Tridentino.

Dices 4°. in sententia Dominicanorum arbitrium creatum dici
agere, ut quod, et hoc non admittitur ab hereticis. Sed qui
hoc diceret profecto falleretur, nam totum id quod afferunt
in eo quod est producere stat ut quod, conceditur ab ipsis hereticis
licet sub ista loquutione explicite non explicet. Etenim quod ar-
bitrium producat immediate ut quod opus supernale nihil aliud po-
test esse, quam quod inter arbitrium, et ipsum opus tantum mediet
forma accidentalis producens adequatè opus, à quâ forma de-
nominet ipsum arbitrium producens: hoc totum conceditur ab
hereticis, hoc ipso quod constituant gratiam inter arbitrium
et ipsum opus tanquam principium adequatè producens effectum super-
naturalem, quoad ipsam non possumus distare à sententia he-
reticorum, nisi concedatur voluntati immediata virtus partialis in
opera salutaria.

Probatur 3°. Idem arguitur ex S. Patribus, qui frequenter do-

cent activit. nat. requiri in homine ad opa supnalia. Ita SS. Augustinus lib. de gra Xpti cap. 50. de bono pseverantiæ cap. 14.º de pdestinat.e sanctorum et lib. 3 Julianum cap. 3.º Fulgentius de incarnat.e et gra cap. 23. 24. et 25. Clemens Alexandrinus lib. 6.º Stromatum paulo post medium. Nissenus orat.e catechetica cap. 5.º Cyrillus Alexandrinus, Prosper, Nazianzenus, Anselmus, Chrisostomus et alii plures quos nostrates 3.a referunt et videri poss. in Ripalda n.º 7.º et 8.

Caput. 5.

De usu immatæ et partialis volunt.is ad actus supnales ex viribus spr.

Probavimus in cap. pcedenti ab actt.bo all. existere immatam et partialem activit. in actus supnales; nunc pbanda e. viribus eadem doctrina. Et 1.a ro sit. In productione opis supnalis Deus ita se het, ut adiuvet creatum arbitrium, et hi adiuvet ab illo. Sed si voll. n. concurreret p inmatam activit. n. poss. hoc Deo verificari. Ergo. maior constat ex psalmo 78. ubi dr, adiuva nos Deus salutaris noster. Et ex 1.a ad Chorint. 3.º Dei sumus adiutores. Minor ppo pr 1.º ex mente sanctorum Patrum Augustini et Divi Thomæ, ut alios ptream. Sanctus Augustinus serm.e 13. de verbis Apostoli longe post medium sic scribit: Ipsum nomen adiutoris pscribit tibi, q.a et tu ipse aliqd agis. Nemo adiuvat si ab illo nihil agat. Et post pauca sic etiam ait: n. n. adiutor e. ille si nihil agatis: n. n. cooperator e. ille, si nihil operamini. Sanctus Thomas 1.a p.e q. 23. art.º 8.º et l. alt.º ad 2.um eamdem illustrat doctrinam.

Pr 2.º eadem minor, q.a cã, quæ iuvat ab alia, n. e totalis et adæquata in illo genere; q.o si grã iuvat a volunt.e, et e converso neutra erit virtus totalis effectiva. Ifr

120

1º iuvamen quod confertur à Deo, denotat ex parte Dei activitatem immediatam; ergo similiter iuvamen quod confertur à creaturâ, denotabit ex parte creaturae activitatem immediatam. Confirmatur 2º. sola ignis non potest dici cum proprietate adiuvari vel adiuvare calorem qui producit adequatè alterum calorem; ergo voluntas non dicetur proprie iuvare, vel iuvari à gratia, si haec producat adequatè actum supernaturalem ac proinde solum partialiter illum producit.

Probatur 2º ratione. Si voluntas non concurrat immediatè ad actum charitatis etc. non diceretur liberè producere illum actum, neque mereri laudem, vel vituperium; sed hoc falsissimum est, ergo et id ex quo deducitur. Minor et consequentia constant. Maior probatur quia si solus habitus totaliter producat actum, nihil efficeret voluntas, ut comprimeret ipsum habitum, ne erumperet in actum vel ut posset movere habitum ipsum ad operandum, et consequenter propter illam operationem non posset voluntas reddi digna laude vel vituperio. quod melius intelliges, si apud te fingas aquam esse potentiam liberam, et illam calefacere calorem quem sustentat; certè in eiusmodi calefactione quae proveniret à solo calore, nec laudaretur aqua, nec etiam vituperaret, quia nullo pacto concurrit ad productionem caloris; ergo si voluntas nullo modo concurrat ad productionem actus, non esset digna laude vel vituperio in productione actus.

Respondent adversarii 1º voluntatem denominari bene operantem ut quod et habitum operantem ut quo. Sed contra est 1º quia praedictae denominationes convenirent rebus non liberis, dicitur enim aqua calefacere; unde non arguit ex illis libertas in voluntate, si neget concursus immediatus ad actum. Contra est 2º quia homo non punitur à Deo ex eo quod dicatur peccans denominativè, sed quia reipsa peccavit. Contra est 3º quia si Deus conservaret habitum charitatis intimè penetratum cum voluntate, non ...

illi unitum, posset producere actum charitatis, quia ea quae est totalis et adequata virtus producendi effectum tam bene potest illum producere unita supposito ac existens per se, ut videre est in accidentibus Eucharisticis, et in calore, per creatus sine subiecto producto. Sed in illo eventu non esset voluntas digna laude ex eo quod virtus perficeret actum bonum, sicut Deus non esset dignus laude ex eo quod Michael penetratus cum illo recte operaret; ergo nec etiam erit digna laude quoniam virtus uniat voluntati, si seclusa immediatae concursus quia post unionem illius non potest voluntas impedire, vel impellere virtutem ad operationem, quod requiritur ut libere dicatur concurrere. Respondent 2° voluntatem esse primum liberum radicaliter et remote, virtutem vero esse indifferentem proxime et immediate. Sed refellitur 1° haec responsio quia fieret inde virtutem supernaturalem esse liberum arbitrium supernaturale, sicut voluntas, quae ponitur ut potentia distincta ab anima est arbitrium liberum naturale, ex eo quod sit indifferens proxime et immediate ad actus ut quo actus naturales; hoc autem est inauditum inter Theologos. 2° quia si virtus esset primum proxime liberum posset se sola cohibere actionem illam, quam producit actus charitatis, nam eiusmodi potestas cohibitiva claudit essentialiter in conceptu primi proxime liberi; sed non potest cohibere ullo modo actum charitatis quia non cohiberet illum per positivam nolitionem, nam positiva nolitio non potest elici ab virtute charitatis quia solum producit ab illo actus qui versetur circa Deum bonitatem, nec etiam cohibere per omissionem purae charitatis, quia haec est quaedam nolitio interpretativa et quod alicui agenti repugnat nolitio formalis repugnat etiam nolitio interpretativa.

Respondent 3° primum adequatum liberum consurgere

ex voluntate, et habitu, non quia volitio influat immediate in actum, sed quia potest ipsa cessare ab ipso actu; unde productio provenit totaliter ab habitu et omissio provenit totaliter a voluntate, et hoc pacto compositum ex utroque principium proxime et immediate liberum. Haec est solutio facile refutatur. 1º quia si volitio diceret ordinem ad solam omissionem et habitus diceret ordinem ad actum sequeretur nullam ibi contineri libertatem quia haec includi debet in uno principio individuali, quod influat tam in actum, quam in omissionem illius, et sit principium generalis operandi et non operandi; alias non, si habitus esset ad operandum completus et ad non operandum non diceret rationem, non posset volitio impedire productionem actus, ad quem ordinatur habitus, et nihil non haberet, per quod resistere posset activitati habitus et eveniret actus ipse non procederet libere ut asseredatur.

Refutatur 2º quia vel voluntas habet virtutem immediatam producendi vel non habet virtutem immediatam non producendi, quae constituat libertatem productionis, nam hoc ultimum non potest stare sine primo et sic probatur. Potentia non producendi est potentia ad non conferendam actionem; potentia ad non conferendam actionem connectitur cum potentia ad illam conferendam, quia nemo dicitur quis potens negare immediate id, quod immediate conferre non potest; ergo hoc ipso quod voluntati tribuatur potentia immediata ad non agendum, debet attribui potentia immediata ad producendum et hoc est firmum principium, quo frequenter theologi probant contra Durandum, Deum immediate influere in operationes causarum secundarum, cum non ex una parte Deo concedi debeat perfectissimum dominium in omnes effectus creatos, ac proinde potentia impeditiva effectuum provenientium a causis 2is, ex alia vero parte eiusmodi potentia immediate impediens actus

cary 2arii existentium n possit separari à potest. decur-
rendi immdiatè ad ipsos effus, quos producunt eg 2e, seqt
inde, dm eē, Deum immediate decurrere cum eis secun-
dis ad illary operates producdas, ut sic impedire possit
effus ab ipsis effluxuros.

Alij roes n minus efficaces produci possent ad eam-
dem veritz illustrandaz, quz desumuntur ex vitalitate actus
visionis et aliory; ex muneribus, quz grê solent at-
tribui, et n rectè apponi poss, si soli grê tribuatur adeq-
quata et totalis vis productiva. Sed eiusmi roes eru-
ditè et nervosè expensz videri poss apud nostrates
Dores et psertim apud Pz Hurtado in tom. de Spe et
charite disput. 124. Pz Montoiam Zequvida disput.
36. sect. 2a. et 3a. Pz Ripaldz lib. 2o disput. 30.
et Pz Arriagam in disput. 3. de aiā.

Caput. 15.

Fit satis argumentis ab auts e depromptis.

Obiicies I.o duo testimonia S. Scripturz quz videntur
eē ō partialz activitz intus et voluntatis in actus sup-
nales: 1z eruit ex Divo Paulo ad Rom. 9o. 16. ubi
Apostolus sic inquit: igitur n volentis neq currentis sed
miserentis ē Dei. At si voluntas decurreret partialr
qui bene dici posset n solu eē Dei miserentis, sed vo-
luntatis volentis atq currentis mediis affectibus ingressibus;
progressibus; ergo eo n potē decurrere partialr. Huc ac-
cedit qd Sanctus Augustinus exponens pfata Apostoli
verba partialitz cursus ex pte voluntis excludit. 2um su-
mit ex eodz Apostolo ad Roman. cap. 8: quicumq Spu

Dei agunt ii sunt filii Dei. Ex eo q. poss. iusti dici agi et n. agere, quatenus nihil agunt immediate sed tota vis agendi immediate pvenit ab auxilio Dei.

Reliquum satis est recensere in p̄senti via, que sunt observata ab expositoribus Divi Pauli circa declarationem utriusque loci. Breviter trademus expositionem legitimam utriusque testimonii. Et circa 1um n. debet p̄teriri id quod egregie observavit Stapletonius in antidoto ad Roman. quod Calvinus usus est p̄fato testimonio ut tolleret libertatem voluntatis, et partialem illius activitatem. In illis enim verbis agit Paulus de vocatione gentilium ad fidem quae cum n. fuerit ex meritis ipsorum sed ex gratia Dei, qui ipsos vocavit efficaciter ad credendum, dicitur sane vocatio solius Dei miserentis esse. Si exponant eadem verba de praedestinatione ipsorum, constat etiam quo pacto solius Dei miserentis dicatur, n. quidem effective de quo sermo disputamus, sed meritorie. Denique et intelligant illa verba de singulis actibus supernaturalibus, poss. illi dici esse solius Dei miserentis, vel quia ipse infundit habitus, vel quia concurrit tanquam causa principalior, et speciali ratione, quam n. concurrit homo, scilicet tanquam causa p̄cipua et 1o pveniens voluntatem vocatione, quam posita p̄movit, ipsam voluntatem consensuram.

Circa 2um testimonium observo etiam, illud usurpatum esse a Calvino in munimen sui erroris, ut notavit idem Stapletonius. Ex illo n. tollit concursus partialis voluntatis; nam 1o potest veri filios Dei n. dici agi innova salutaria, quia n. pducant illa immediate, sed quia movent ipsa gratia Dei ad agendum immediate. 2o potest dici illos

agi, q^o Spus Divinus potiores sit ptes in pducte effus supnalis. Hec autem oia verificari posse si concurrat immate voluntas cum auxilio Divino, docuit D. Divo Thomas et D. Augustus varijs in locis. Legat P. Ripalda ubi supra in sect. 22.

Obijcies 2.o plures ex SS. Patribus Eccles-iis qui totum salutis negotium Deo gratie tribuunt contr. Ita D. Augustinus lib. de predestinate Sanctorum cap. 16. et lib. de dono perseverantie cap. 6.o Chrisostom. sup. 2a Epist. ad Corint. cap. 3.o ad illa verba, "non quod sufficientes simus etc. et homil. 4. sup. Epist. 2a ad Thesalonicenses cap. 2.o Hieronimus ad id. Hieremie cap. 18. Basilius homil. 22. de humilitate. Cyprianus. Anselmus, Damascenus, Fulgentius et alij. Sed ij Patres doctrine non opponunt, qm aliqi expsse docuerunt, qui non pducunt p. gratia sola.

non excludunt partialem voluntatis influxum, sed tm intendunt Dei gram in pductione effus supnalis principatum tenere, et proinde illi effm attribuit, nam ut possimus etm partialem influxum, inducimur ab ipso Deo per gram vocantem et pvenientem.

Cap. 8.

Puncta rois evertunt.

Opponas 1.o non posse actus supnalis conducens ad salutem fieri p. viribus nale, q^o non potest concedi voluntati et intu vsum gratia partialis in actus supnales. Ans. pbari potest ex eo quod Pelagiani docebant, posse nam agere effus ipsos salutares, contra quos Hereticos catho-

-lici tenent opinari. Sed totam aequivocationem quae dat in hoc argumento procedere ex duplici sensu in quo potest accipi nomen hoc virtus naturalis; nam 1° sumitur pro illa virtute quae naturalis est intrinsece et opponitur virtuti intrinsece supernaturali; 2° sumitur pro illa, quae ad operandum non indiget principio indebito et supernaturali. Quando ergo nos accedimus nam virtutem naturalem ad opera supernaturalia, tantum agimus de virtute quae sit intrinsece naturalis, et indigeat aliunde principiis indebitis et supernaturalibus. Pelagiani vero docebant actus salutares fieri per virtutem naturalem ut opponitur obedientiali, et supernaturali, imo quatenus illa per decursum tantum generalem et per principia intrinsece naturalia poterat eiusmodi opera producere, quod quidem error est contra catholicam fidem.

Dices. Opinio nostra saltem non laborat errore Pelagianorum propter supra dicta, non potest adhuc liberari ab errore semipelagianorum contra quem errorem Ecclesiae Patres non minus acriter scripsere; eiusmodi vero error in eo consistebat, quod distribuerent opus salutis inter arbitrium creatum et ipsam gratiam; et partem operis salutaris attribuebant gratiae et partem soli arbitrio, quod videtur etiam concedere dum nos concedimus, formatum et partialem influxum causae creatae. Sed tantum ad utrumque errorem nostram sententiam immunem esse, bene 1° constat ex dictis praecedenti; de 2° asserimus enim semipelagianos docuisse, partem effectus producti procedere adaequate a natura sine gratia, et partem illius procedere a natura simul cum gratia, et hoc falsissimum est, meritoque contra illos invecti sunt Ecclesiae Patres; nos vero docemus, totum effectum produci a natura coniuncta cum gratia, et a gratia coniuncta cum natura, et solum admittimus partialitatem causae quod quidem continet verissimam doctrinam.

Opponens 2°. Haec est verissima propositio: intus non producit virtus supernaturalis, nisi in quantum elevatur; ergo id per

quod elevat et adequata vis productiva actus; sed elevat
defacto per situm supernalem, qui ille est vis adequata producendi. Respondeo concedendo antecedens, et negando consequentiam, quae non deducit, ut patet in hac argumentatione sub alia materia: intellectus producit cognitionem naturalem Petri in quantum informatus est specie naturali eiusdem Petri, ergo haec species est tota virtus productiva cognitionis Petri; sicut hic non tenet consequentia, ita non tenet in nostro casu. Ex eo igitur, quod illa propositio reduplicativa vera sit tantum deducitur, prium elevans essentialiter exigi ad productionem actus visionis, non vero sequitur, illud debere esse prium adequatum, quod ut sit verum, nam non posse producere virtus nisi ut elevata non requiritur, quod prium elevans sit totalis producendi, sed quod sine illo saltem partialiter influente.

Opponens 3.º si visio fieret partialiter ab intellectu sequeretur situm luminis gloriae fore magis supernaturalem quam actum visionis Dei, quia actus iste produceret per vires naturales et supernaturales; situs vero luminis produceret adequate viribus supernaturalibus, hoc autem dici non potest, ergo. Respondeo 1.º admittendo sequellam, in qua nullum elucet absurdum contra rectam theologiam, et si res haec perpendatur, solum erit quaestio de nomine, in qua parum utilitatis continetur. Respondeo 2.º negando sequelam, quia si quis non res fiat a principio totali supernaturali non inde magis supernaturalis dici debet quam alia res, quae fiat a principio supernaturali partiali. In cuius solutionis illustrationem servius exempla, quae traditam doctrinam suadent. Imprimis amor naturalis non dicitur magis vitalis, quam cognitio naturalis, quamvis amor fiat a virtute adequate vitali, cognitio vero fiat per speciem, quae non est vitalis. Deinde actus naturalis non dicitur magis vitalis, quam actus supernaturalis. Et naturalis fiat per vires adequa-

te vitales, et supnalis fiat per virtus partialis situs, qui non est gralr vitalis. Stat ergo bene, quod actus dicat æque supnalis ac situs, lt actus producat virte nali, et supnali, situs vero sola virte supnali.

Instabis. Actus supnalis est ptim nalis, et partim supnalis; situs est pure supnalis; ergo situs est magis supnalis quam actus. Maior pr, quia prium adequatum ~~actus~~ actus supnalis claudit aliqd nale, et aliqd supnale, ergo hoc utrumqz, quod dat in prio productivo, reperire debet in effu producto. Rndeo negdo maiorem, quia oes gralites actus supnalis sunt intrice supnales, et nulla dat, quæ sit nalis. Ad pbatm maioris concedit ans, et negat coa, illius falsitas inde constat 1°. quia cognitio non dicit pfectm vitalem, et altm pfectm non vitalem, lt prium productivum claudat potam vitalem, et spem impressam non vitalem. 2°. eadem cognitio non est ptim substalis, et partim accidalis, lt prium claudat substantiam aiæ et potas distinctas accidentales. Quamvis ergo prium actus supnalis sit ptim nale et ptim supnale, non ideo actus coalescet ex una pfecte nali et altera supnali, quia pfectes, quæ possunt uniri physice ex parte prii ad producendum; non possunt realr identificari in eadem singulari ente effus.

Oppones 4°. Intus aiæ sm se intrice impportionatus ad producendum visum Dei. et in genere causæ partialis, ergo non potest sm se concurrere ad visum. Ad obiectm ret intus esse impportionatus ad effim visum cum illis principiis, quæ nalr debent intui, ac proinde dat roe numqm posse concurrere ad illum et partialr; non esse vero impportionatus abste. si iungatur cum altero prio sibi in-

debito. Sic n. cā 2ª ē improportionata ad producendū effectū, si separet à concursu Dei, ē tn̄ proportionata absolutè, quando coniungit cum eodem concursu. Quod vº cā 2ª petat naturaliter concursū cū 1ª, intellectus vº n. exigat naturaliter consortium luminis gloriæ, tn̄ potest, effectum productum à cā 2ª simul cum Dei concursu eē naturalem, effectum vº productum ab intellectu et lumine gloriæ eē supernalem; n. vº pr, ipsū intellectum cum elevatione luminis nec eē proportionatū ad visionem.

Oppones 5º. Si concurreret intellectus immatè ad visionem fieret quod visio eēt perfectior, quo nobilior ē intellectus à quo producit. Unde visio Angeli foret perfectior visione, quæ producit ab homine; sed hoc ē ppsū falsum, ergo et prium ex quo sequitur. Huic obiectioni, quæ gravem continet difficultatem, n. possumus in presenti plenè satisfacere, quoniam illius exacta discussio tradenda ē à nobis in controversia 4ª ubi expendemus, ex quo capite desumenda sit specifica distinctio, et inequalitas inter visiones Beatas; nec debemus propter occurrentia argumenta difficultates avellere à propriis sedibus cum iudicio methodi exactè retinendo.

Caput 93.

Diluit duplex alia obiectio.

Opponens 6º. ex eo posset intellectus immatè concurrere ad visionem quia dat in illa perfectio vitalitatis, sed inde n. pr intellectum debere concurrere, imò pr illum n. posse concurrere, ergo. Minor pr: quia vitalitas visionis ē formaliter supernalis, quia supernalitas transcendit omnes formalitates actus supernalis; perfectio vº quæ dat et ē supernalis, n. potē eē vº ipsi formaliter à causa natali

pducat; quo vitalitas visioni Beatę n' pote ee nō, ut in-
tus immatè decurrat ad visẽ, cum illa vitalitas sit quod sup-
nale. ettc.

Plasmizit a Dominicis obiectio haec; sed ut illi cognoscant
illius inefficacitẽ retorquebimus argumẽ in ipsos, et probabimus
Lumen gloriǣ n' decurrere immatè ad visẽ supnalẽ. Ex eo in-
tus, xa Dominicus n' influeret immatè in visẽ, quia eius vita-
litas eēt supnalis; sed supnalitas visionis ē vitalis, et
Lumen gloriǣ n' ē in se fmalr vitale, ergo Lumen gloriǣ n' pote
immatè decurrere ad visẽ. Aut nō haec utrobique premit, aut
verè caret robore ad excludendẽ decursẽ ex pte intus. Dein-
de ipsi Dominicẽ fatentur, aqum quę res nalis ē decurrere ad
pducẽ gram supnalẽ in Baptismo, quin interveniat Deus im-
matè pducens; ergo fieri pote quod res nalis ut elevatẽ at-
tingat pratum supnale. Denique in recepte immata Deus
supnalis pote fieri idẽ argumẽ cum equali vi quod fiat
in pducte actus supnalis ab intu, et ad alia qualibet cā
nali.

Iam vero sic pnum erit deducere solutẽ argumti. Ad illud dm
ē ex intu et Lumē oflari priũm adequatẽ pductionẽ vi-
talitatis specificę, et supnalitatis visionis supnalis; unde rea-
lr loquendo vitalitas actus ē supnalis, et pcedit realr a
Lumē, et supnalitas specifica ē vitalis, et realr pcedit ab
